XII Sed neqz ut neutrum sit uerum dicere conuenit. Verbi gratia ut neqz sit futurum; neqz non sit futurum. Principio enim cum sit affirmatio falsa negatio minime uera est: et cum hec falsa sit affirmatio minime uera esse potest. **I**n affirmatione ac negatione diuidere uerum a falso superius dictum est: quod affirmatio ac negatio simul uere esse non possunt. Dixit enim ambo enim non simul. scilicet uere erunt. Ne quis igitur dicat affirmationem ac negationem simul esse falsas idcirco prius nunc ait non posse quicquam dicere ut neutrum. id est ut neqz affirmatio neqz negatio uera sit. Verbi gratia: ut neqz sit aliquid futurum; neqz ut non sit futurum. Principio enim sequitur ut proloquens minime sit uerus quod est: ut dictio simul uera: aut simul falsa esse non possit: quoniam ut ipse dixit: cum sit affirmatio falsa negatio minime uera est. Item cum hec sit falsa affirmatio minime uera esse potest. id est si quid sit: neqz futurum neqz non futurum: sequitur ut affirmatio et negatio simul false existant.

XIII Ad hec si uerum est dicere ut albus nigrus sit: existat necesse est. Sed si sit cras futurum: ut cras sit futurum oportet. Quod si cras neqz sit neqz non sit futurum alterutrum ueluti pugna naualis minime erit: oportebit enim pugnam naualem: neqz fore cras: neqz non fore. **I**n deinde etiam sequitur idem: neqz fore: neqz non fore ut pugnam naualem: neqz fore: neqz non fore. Cum enim affirmatio et negatio falsa sit: ut pugna naualis cras erit: pugna naualis cras non erit: neqz fore pugnam naualem cras: neqz non fore necesse est. Ceterum ut hoc concludat Aristoteles. mentionem fecit eorum que superius dicta sunt in predicta assumptione: dicens. Ad hec si uerum est: ut albus nigrus sit: ambo existat necesse est. Sed si sit cras futurum: ut cras sit futurum oportebit. Veritas enim pronuntiatio non in potest: etiam in futuro cum re ipsa reciprocatur. Sed hec ex his que sunt antea diffinita late patet.

XIII Atqz hec absurda sequuntur: et alia istiusmodi: si cuiuslibet affirmationis: ac negationis: aut in uerbis uoluntate: aut in singularibus esse alteram ueram alteram falsam necesse sit: ac nihil alterutrum erit: in his que sunt. Sed cuncta necesse erit: etiam: Quocirca frustra consilia admittuntur: ac negocia geruntur: ut si hoc facies illud sit futurum. Si non facies minime sit futurum. Nihil enim repugnat ut millesimo anno hic affirmet quod prius fore: ille neget. Ita efficitur: ut necesse sit fore: quicquid aliquid tunc affirmauerit uerum fore. At qui id nequaquam differt si quis dixerit predictionem aut minime dixerit. Ceterum enim ut res ipse sunt ita future quicquid hic affirmet ille neget. Non enim quod affirmes: aut neget aliquid erit: aut non erit. Neqz si millesimo anno potius quicquid quoties alio tempore dicas fore: aut neget. Quapropter si quouis tempore ita se habuit ut esset alterum uerum necesse erit illud fore: et quicquid sit futurum ita se habebit: ut necesse esset illud fore. Siquis enim recte dixit: ut esset futurum impossibile sit non fore. Item quod sit factum uerum fuerat dicere ut esset futurum. **I**n absurda que sequuntur si cuiuslibet predictionis sit per altera definita uera altera falsa sunt: ut nihil alterutrum sit: et ut nihil fortuito eueniat: Sed cuncta futura necesse sunt futura. Hoc autem ut impossibile sit ostendit Aristoteles ratione quod ad firmissima dicens. Quocirca frustra consilia admittuntur: ac negocia geruntur: ut si id feceris sit illud futurum: si non feceris minime sit futurum. Atque est momentum rationis omne in hoc positum ut si quod est futurum sit necesse futurum: natura ipsa frustra aliquid fecit: ut consilium in nobis. Nam consulere de necessariis temerarium ducimus: ut sole esse occasurum: aut minime occasurum: aut hominem esse moriturum aut minime moriturum. Cum enim hec sint necessaria ad arbitrium: ac consilium nostrum referri qui potest? Item in ceteris dicendum. Nihil enim repugnat ut ipse ait ut millesimo anno hic affirmet quod prius fore: ille neget fore. Quis si nullus sit qui affirmet:

aut neget nihilominus cuncta sunt necessario futura: quod affirmatio aut negatio nequaquam causa est: ut res ipsa sit aut res ipsa non sit propterea sequi ut quicquid sit futurum ita se habeat ut necesse sit illud fore. Siquis enim recte dixit. id est uere ut esset futurum impossibile est non fore. Item quod sit factum uerum erat dicere: ut esset futurum. Quasi dicat idcirco necessario factum quod antequam fieret uerum erat definitum ut esset futurum. Sed hec satis perspicua sunt ubi uis rationis fuerit intellecta. Idcirco nos Aristotelis uerba in pauca collegimus ut eum in rebus minime necessariis breuius. Illud aduertendum fuisse Stoicorum opinionem persistere quod fati necessitatem: esse tamen in nobis consilium et arbitrium ratione. Quis enim ut dicitur cuncta sunt fato conexa: arbitria tamen nostra: ac consilia sunt fato obnoxia: proinde ut proprietates eorum: et qualitas est. Sicut si cylindrum per spatia terre prope demittas. Lausam qui deest ei: et principium precipitatis dederis mox tamen ille preceps uoluit: non quod tu subinde id facias: sed quoniam ita se modus eius: et forme uolubilitas habeat. Sed de fato quod sit et quibus rebus inferat necessitatem suo loco et tempore demonstrabitur. Nunc id tantum admonuisse sufficiat ut multa gerantur: quibus nulla fati necessitas adnexa est: ut que consilio ac uoluntate aguntur in quibus ut Alexander dixit maiora insidunt penes: quoniam flagitia que committuntur consilio ad arbitrium ac potestate hominum referuntur. Aristoteles autem per exemplum de ueste eam ipsam sententiam perspicue indicabit.

Sed hec impossibilia sunt. Videmus enim ut consilia et actiones sunt initia futurorum: et in totum: ut in his que non semper sunt actu sit ut fieri ac non fieri possint. Item se habet in quibus fieri potest ut alterutrum sit ac non sit. Ac multa perspicua nobis sunt ita se habere ut hac ueste possibile est rescindi: et non rescindetur: sed plus lacerabit. Item non rescindi possibile est. Neque enim potuisset plus lacerari nisi fuisset possibile eam non rescindi. Quocirca et in alijs futuris ita dicendum: quecumque sunt talis potestate dicuntur. Itaque perspicuum est ut non omnia necessario neque sunt neque fiunt: sed primum alterutra fiat: nec magis affirmatio quam negatio uera est: prius magis ac maior ex parte alteri accidit. Atque et alter fieri: alterum minime conuenit. **I**n quod nos diximus paulo ante contra Stoicorum opinionem plerumque esse quibus fatum nullam inferat necessitatem. Aristoteles hoc loco per exemplum de ueste perspicue demonstrauit. Videmus enim dicit ut consilium et actiones sepe uisio sunt initia futurorum: ac multa perspicua sunt nobis ita se habere que admodum hac ueste possibile est rescindi: et non rescindetur. Sed plus lacerabit ita ut rescindi ueste: ac non rescindi ad fati necessitatem: sed ad arbitrium referat liberam potestatem: quod in alijs futuris ita dicendum quecumque sunt talem potestatem dicuntur. id est quecumque potestate habent in nexa ut sint et ut non sint queque non semper actu sunt. Que enim semper actu sunt sunt talis minime dicitur potestate: ut celum moueri. Quod cum semper actu moueatur: necessario mouetur: ac nulla talis obtinet potestate: ut moueri: et ut non moueri equilater possit. sed necessario ac semper mouetur. Sed multa tamen existunt alterutra. id est que utriusque non fiat conueniet: ut hac ueste rescindi. Alia uero que magis ac maior ex parte conueniat ut uirum reddi canum in senectute: quoniam alterum fieri: alterum minime conuenit. Non enim desunt qui in senectute minime canitatem sentiant.

At igitur ens sit quoties fuerit: et ut non ens non sit quoties non fuerit necesse est: non tamen ut oes ens sit necesse est: neque ut non ens non sit necesse est. Non enim est idem omne ens esse necessario quoties sit: ac necessario esse simpliciter. Partim enim non est: et in predictione eadem ratio est. Quodlibet enim esse aut non esse: atque etiam fore: aut non fore necesse est: non tamen diuidendo alterum dicere necesse est. Verbi gratia. Necesse est fore pugnam naualem: cras aut non fore: tamen fore aut non

Stol
ci

Alex
ander

XV

XVI

De elocutione

fore necesse est. Quocirca quoniam omnes pende ut res ipse se habent pspicui est: ut quecumque ita se habent ut alterutrum sint: prout quocumque accidat: ac sicut se habeat dictione necesse est. Quod accidit in his que non semper sunt: aut non semper non sunt. In ijs enim altera pars dictionis ueram esse aut falsam non tamen tale: aut tale: Sed alterutra necesse est ac magis ueram alteram: non tamen ita ueram aut falsam esse pueniet. Non enim que admodum in his que sunt ita se habet etiam in his que non sunt: que tamen pnt esse: aut non esse: sed que admodum dictum iam est.

Cum dixisset supius si uerum sit dicere ut aliquid album magnusque sit:ambo existat necesse est. Sed si sit cras futurum: ut cras sit futurum oportet. hoc loco diuidit necessarium ut ostendat quam necessitate res habeat in futuro sumpta ratione ab ipsa rerum natura: cum quibus concordat pronuntiationes. Est autem necessarium triplex. scilicet absolutum ac simpliciter: ut sole moueri: ac triangula figuram: tres angulos duobus rectis pares habere. Cuius negatio aduersa simpliciter est impossibilis: ut sole minime moueri: ac triangula figuram tres angulos duobus rectis minime pares habere. Aliud preterea: usquequo sit subiectus est necessarium: ut ignis esse calidus: et Platonem esse aial. Quis enim est ignis calidus: sit necesse est. Itum est plato: aial sit necesse est. Porro necessarium quoque dicimus: solem occulere nubem: dum nubes occulit solem: ac platonem ambulare dum ambulat. Hoc autem non est simpliciter necessarium ut plato ambulet: Sed cum adiectione est necessarium. scilicet ambulare platonem dum ambulat: quoniam impossibile est ambulare quotiens ambulet non ambulare. De tali necessario ex adiectione loquitur Aristoteles, dicens. Ut igitur ens sit quotiens fuerit: et ut non ens non sit quotiens non fuerit necesse est. Non enim est idem omne ens esse necessarium quotiens sit ac necio esse simpliciter: quod in non enter: atque in dictione. id est in affirmatione: ac negatione sicut uerum esse prohibuit. Subiecit autem exemplum dicens: ut necesse sit fore pugnam naualem: aut non fore: non tamen necesse est fore pugnam naualem: neque non fore: in fore aut non fore necesse est. Quocirca autem quoniam omnes pende ut res ipse se habent pspicui est in alterutris ac contingebus futuris siue ex pari siue maiori ex parte disiectum sit necessarium uerum neutra pars tamen sit ueritati aut falsitati obnoxia: quoniam futura contingentia neque ad nos neque ad nam ut Aueris dicitur: integra absolutaque pertinet ueritate. Initia tamen definite uera sunt et ad nam: quibus interdum ad nos ueritate non habent pstantia. Propterea Aristoteles dixit. Non enim que admodum in ijs que sunt ita se habet in his que non sunt. id est in futuris contingebus in quibus (ut dixi) disiectum quidem necessarium uerum est. Sed neutra pars eius est ueritatis aut falsitatis particeps.

Aue
ros

XVII Cum affirmatio

aliquid de quopiam significat: id uero est nomen: aut quod noie uacat. Unum autem sit oportet ac de uno id quod in affirmatione existit. Sed nomen et quod noie uacat antea diffinitum iam est. Etenim non homo minime nomen appellor: sed nomen indefinitum. Nomen enim indefinitum unum quodammodo significat: que admodum non differit minime uerbum: sed uerbum indefinitum erit. Letertum ois affirmatio ac negatio: aut ex noie ac uerbo: aut ex indefinito noie ac uerbo pstant. At sine uerbo nulla affirmatio: aut negatio est. Etenim est aut erit: aut fuit: aut sit: et alia istiusmodi uerba tradita a nobis sunt. Ad significat enim tempus: ita efficit: ut prima affirmatio: ac negatio sit homo est. homo non est. Deinde homo non est: non homo non est. Rursus ois homo est. ois homo non est. ois homo est: ois non homo non est: atque in externis temporibus ea ipsa ratio est.

Congreges apud maiores inquisitio fuit de ueritate pronuntiationis: et ob eam rem Aristoteles iterum hoc loco ostendit pronuntiationem minus proprie esse unam: in qua uerbum de noie indefinito p dicitur: dicitur unum esse oportere: ac de uno:

id quod in affirmatione existit. Cum affirmatio aliquid de quopiam. id est unum de uno significet. Sed quod noie uacat. id est nomen indefinitum unum quodammodo significat. id est non significat unum proprie: sed quodammodo. id est improprie: ac solum per conuenientiam in negatione uerius. Quocirca pronuntiatione ex noie indefinito improprie: et quodammodo una habet. Atque hoc modo accipiendo affirmationem ac negationem improprie unam: ois affirmatio: ac negatio ut dixit ex noie: ac uerbo: uel ex indefinito noie ac uerbo constabit: atque erit ordo talis pronuntiationum: ut simpliciter: et que maiorem habeat ueritatem pcedat: alie deinceps sequantur. Proinde prima affirmatio ac negatio est. scilicet ita ut affirmatio pueniat negationem quod nos supius docuimus: ut homo est: homo non est. De idem non homo est: non homo non est. Reliqua patet. Sed illud potest uocari in questione: quo pacto sit uerum sine uerbo nullas esse affirmationem: aut negationem: quoniam uidetur p sistere posse pronuntiationem aliquam sine uerbo ut negationem: que fiat ex uerbo indefinito. Cuiusmodi soluit uerbum accipi coius: ac formula crassiore: ut sit uerbum tum definitum: tum etiam indefinitum. Cuiusmodi Alexander dixit uerbum indefinitum in pronuntiatione esse idem subiecto cum negatione: sed habitu: et cogitatione dissentire. Uerbi gratia. Non differit est uerbum indefinitum nullam hinc partem significationi obnoxia: quotiens per se seorsum ut unum p sideret. Sed in negatione que est plato non differit non proprie dicemur non differit uerbum esse indefinitum: sed potius per se definitum: quod de subiecto neget.

Dum

Solo

Alex
ader

Ane ueritas pronuntiationum ita est intelligenda ut disunctio sit necessarium uera:

que dicit aliquid fore: aut non fore. Sed pres dis iunctionis ueritate aut falsitate minime comprehendunt. Etenim affirmatio ac negatio pende ut res ipse se habent. Sed res ipse absolutam nequaquam obtinent ueritatem. Quocirca affirmatio ac negatio definite uera esse minime pnt. Sed contra est illud. Si nauigabis non fortasse nauigabis: fortasse non nauigabis: sed penitus nauigabis. Rursus si non nauigabis non fortasse nauigabis: fortasse non nauigabis. Sed penitus non nauigabis. At necessarium nauigabis: aut non nauigabis. Ergo te esse nauigaturum: aut etiam te non esse nauigaturum: necesse est. Preterea deus aut definite cognoscit fore aliquid: aut indefinitum: aut nullo pacto cognoscit. Sed plane mendacium est ut nullo pacto cognoscat aliquid fore: aut indefinitum: quoniam non posset rebus humanis puidere. Porro non potest indefinita rerum habere cognitionem: qui fluere temporis serie antecedat. Si igitur cognoscit deus fore aliquid definite illud quoque sit necio futurum oportebit. Sed soluitur: et ne propterea laboremus in re tam obscura paulo altius repetenda res est. Cognitio que media est cognoscetis ac cognitio triplex est: quoniam aut respicit meliora: aut deteriora: aut ea que sunt equalia: atque in eadem seriem in texta. Uerbi gratia. Aius nunc cognoscit meliora quotiens diuina p siderat. Deteriora uero si ad singularia ipsa reuocet: que diuidua sunt ac generationis: corruptionisque detrimeto obnoxia. Equalia autem si ad se redeundo sua ipse aius nam: ac simulacra in semet p dita p t plet. Atque in hunc modum aius hois afficitur circa rerum cognitiones.

Deus uero cuncta intelligit meliori cognitione: ac cognoscit: ut Iamblicus dixit diuidua indiuidue temporalia eterna: ac genita ingenita: nec est apud eum pteritum aut futurum: sed tunc p hinc: contra pteritum ac futurum minime diuisum. Sed quod ante temporis omnem p ditionem excogitet. Immo et nos possumus interdum cognoscere definite quod sit contingens quotiens non proprie fuerit contingens. Sed necio sequet positus causis sue generationis: pinde ut si lapideus orbis in superficie plana qescat. Fieri enim ut superficie eadem hinc p ditione a quopiam moueat: qui minime moueri potest: nisi superficies ipsa aliquorsum inclinet. Si igitur nos possumus definite agnoscere indefinitum: quanto

Abli
cus

Amo
nius

magis deus poterit cuius cognitio cunctis rebus p̄sta-
bilior cēset. Sed Amōnius porē diluit rōne: ut iterro-
get quonā nō libeat sumē te eē nauigaturū: uel quasi
necessariū uel quasi p̄tingēs. Si quasi p̄tingens habe-
mus iam qd̄ querimus. Si quasi necessariū in itij peti-
tio cōmittit. Sed rectius soluit argumētū hoc modo:
ut in p̄nexo qd̄ est. Si nauigabis penitus nauigabis:
aduerbiū penitus porē loco potius q̄ sequenti sit col-
locandū: ita scilicet penit̄ si nauigabis nauigabis: ut
sit sensus: penitus uerum eē cōnexū qd̄ est: Si nauiga-
bis nauigabis: Alioq̄n mēdactū plane sit: Si nauiga-
bis: ut sis necessario ac penitus nauigaturus. Alexan-
der nitif alia rōne ostēdere ut qd̄ sit futurū nō ad arbi-
trij nri referat potestātē: sed ad fati potius necessitatē.
Si enim ei qd̄ est: ut in nobis aliqd̄ sit aduersat̄: ut ni-
hil in nobis sit: atq̄ hoc sit impossibile effici: ut eē ali-
quid in nobis fatale existat: qm̄ fatale describit: ut sit
cuius oppositū impossibile est. Solutio est ut minime
uerum sit: cuius oppositū impossibile habeat. Ut igit̄
bis duo quatuor sint necesse est: sed tamē fatale nō est.
Proinde negari oportet fatale ita diffiniri: ut sit cuius
oppositū impossibile est. Sed fusior necessariū q̄ fata-
lis significatio intelligit̄: qm̄ omne fatale necessariū
qd̄m est: Sed multa sunt necessaria que fatalia noīa-
ri minime queāt. Sed de fato alio loco diffiniet̄. Nūc
illud trīmodo libet adijcere: ut si deus possit indefini-
te cognoscere definita ac p̄tingētia necessario que ad-
modum Jamblicus dixit statim fieri: ut deus res ip̄as
cognoscat aliter q̄ existāt: qm̄ res ip̄e ad nāz minime
definitam p̄tinet ueritatē: et ob eam rem planius vidē-
tur posse diluere rōnem: qui puīdētā dei ad lunarem
usq̄ globū extēdit: que admodū Lalcidius in Thīme-
uz Aristotelis placuisse testat̄. Sed de hoc quoq̄ siro lo-
co ac tpe disputabit̄. Nūc ad oppositōnē p̄nūciatio-
num redeamus: de q̄bus sequenti uolumine Aristote-
les late tractabit̄.

Alex
der

Lalc
idius

Laurentiani Florentini in librum de elocutione Ari-
stotelis Liber tertius.


Quotiens uerbum est tertium
quiddā sit ac p̄dica-
to adnumerat̄ dupliciter dicunt̄ opposi-
tiones. Verbi gr̄a homo iustus est: Ver-
bum est tertium: qddam nomē: aut uerbi-
um in affirmatione adiūgit̄. et ob eam rem

quatuor hec erūt: quarū due ad affirmatiōnē ac nega-
tione se habebūt per ordinē: ut puatiōnes: alie due ne-
quaq̄. Verbi gr̄a. Verbi est aut iusto adiūgit̄ aut nō
iusto: p̄indeq̄ negatio: Quatuor enim sunt: id̄ intelli-
gimus ex subscriptiōe tali. Nō iustus est: Negatio hu-
ius est hō iustus nō est. Nō nō iustus est. Negatio hu-
ius est. Nō nō iustus nō est. Etenim uerbi est aut non
est iusto et nō iusto adiūgit̄. Nec igit̄ sunt ut in Analy-
ticis. i. resolutorijs est proditum ita disposita.


Quoniam sup̄iore uolumine disseruit de oppositōne
simpliciu p̄nūciationū: deinceps agit de oppositōne
p̄nūciationū cōpositarū: in q̄bus uerbum est tertium
qddam: ac p̄dicato adnumeratur. Simpliciora enim
sunt ip̄is cōpositis natu: et cogitatione pora. Sed an-
te q̄ ad Aristotelis dicta nra p̄sideratio intēdat: attin-
gemus breuiter aliq̄ de negatione: et oppositōne p̄nū-
ciationū. Sciēdū igit̄ est minime fieri negatiōnē ubi
particula negatiua p̄dicato adijciat̄. Qm̄ si dicas hō
nō iustus est: hoiem quēdam nō iustū cōfirmas. Sed si
dicas homo iustus nō est: hoi nō in eē iustum p̄nūcias.
Quocirca negatio huius hō nō iustus est erit hec ho-
mo nō iustus nō est. et ob eam rem hic geminant̄ p̄tra-
dictiones: qm̄ in simplicibus p̄nūciationibus particu-
la negatiua adiecta p̄dicato ut nos diximus supra: effi-
cit negatiōnē: h̄c vō alia species affirmationis est: cui

aduersat̄ negatio quā facit particula negatiua comp-
dicato. i. uerbo adnexa. Appello aut̄ uerbi cōpredica-
tum earōne: qd̄ tertium quoddā est: ut Aristō. dixit ac
p̄dicato adnumerat̄. i. cum p̄dicato pariter predicat̄.
Simili modo dicēdum in singularibus nec nō ijs que
ab angulis se respiciūt in quadrata formula per oēs tē-
poris gradus: et oēm mām de subiecto definito: et defi-
nito. tales igit̄ duplicant̄. Cū igit̄ alie simplices cō-
fecte trīmodo ex subiecto et p̄dicato: septuaginta due
existāt: he cētum quadraginta quatuor. Oēs autē simul
cey. erūt. Sciēdūz p̄terea est: ut affirmatiōni simpli-
ci simplex negatio aduersat̄: affirmatiōni vō indefini-
te negatio indefinita: ut hō iustus est: hō iustus nō est:
homo nō iustus est: hō nō iustus nō est. Has aut̄ Theo-
phrastus appellauit ex trāspōsitiōne: qm̄ sub simplici
affirmatiōne ponat̄ indefinita negatio: et sub negatiō-
ne simplici affirmatiō indefinita: ut in formula subscri-
bēda patebit. Sic igit̄ noīauit q̄ illarum ordo trāspo-
nat̄: uel quonā trāspōsitiō p̄dicato definito: ac posito i
definito p̄stiterint. Dixit igit̄ Aristō. duas eē oppositi-
ones: et quatuor partes: quarū due ad affirmatiōnem:
ac negatiōnē se habebūt per ordinē: ut puatiōnes: due
vō nequaq̄. Hic locus difficillimus est: qui tñ ab ex-
positoribus declarat̄ ad hūc modū. Quoties affirma-
tio simplex uera est: siliter uera est negatio indefinita.
Ut si hec est uera hō iustus est: hec quoq̄ est uera hō nō
iustus nō est. Sed nō retro agit̄: ut quoties negatio in-
definita sit uera: siliter sit uera affirmatiō simplex: qm̄
canem hoiem nō eē nō iustū uera est. Cū enī penitus
nō sit hō neq̄ iustus dicit̄ hō neq̄ nō iustus: et tamē fal-
sum est ut sit hō iustus. pari mō negatio simplex in plu-
ra se fundit: q̄ affirmatiō indefinita: qm̄ sigs est nō ius-
tus hōis iustus hō nō est: Nō tamē si q̄q̄ non est ius-
tus hō: iam est nō iustus hō: q̄ de eo qd̄ penitus nō est
homo. Simplex negatio uera est: affirmatiō aut̄ inde-
finita mētē que admodū in subscripta formula patet.

Theo-
phra-
stus




Et rursus cum
sint alie puatiue
affirmatiōes: ac
negatiōes dispo-
nant̄ ut in secun-
da formula. Vi-
co igit̄ q̄ nega-
tio puatiua i plu-
ra se fundit q̄ af-
firmatiō simplex: qm̄ nō solū uera est de ijs qui peni-
tus nō sunt hoiēs: Sed etiā de ijs qui sunt hoiēs qd̄e:
sed neq̄ habitū aut talēq̄ puatiōnē p̄ticipāt. Et ex h̄
facile patet: ut affirmatiō puatiua minore ambitu sit:
q̄ negatio simplex. Et q̄ hoc uoluit Aristō. cum dixit
quarū due se habēt ad affirmatiōnē: ac negatiōnem. i.
simplicē per ordinē. i. sequele ut puatiue: quoniam si
cut negatio indefinita in plura se fundit q̄ affirmatiō
simplex: ita negatio puatiua plura cōprehēdit q̄ affir-
matio simplex. Rursus sic affirmatiō indefinita mino-
re ambitu ē q̄ negatio simplex: ita affirmatiō puatiua:




Sed quod postea dicit̄ due vō nequa q̄ itelligit̄: ut ne-
gatio puatiua plura contineat: q̄ negatio ex trāspōsi-
tione: cōtrario ac affirmatiō simplex. Itē ut affirma-
tio puatiua pauciora cōprehēdat q̄ affirmatiō ex trāspō-
sitiōne: qm̄ sigs est iniustus hō is. i. nō iustus est: nō

De elocutione


in si q̄ nō iustus est: iam z in iustus est ppter habitum mediū ut in pueris: z id qd sit utriusq; affectionis ex pers: quo circa p̄spicuum est: ut negatio p̄uatiua plura comp̄hēdat q̄ negatio ex trāsp̄ositione: qm̄ negatio p̄uatiua uera est de p̄dictis medijs habitibus: ac pueris qz nō sunt iniusti hoies. Negatio vō ex trāsp̄ositione falsa existit: qd̄ in q̄ subscripta formula declarabit. Et terum alij expositores scribūt expositionē: quam magis comprobant utpote simpliciorē.



Dicitur enim ut ex quatuor p̄tibus duarū oppositionū v3 simplicis z ex trāsp̄ositione: due que. s. sunt ex trāsp̄ositione se habeāt ad affirmationē ac negationē: ut p̄uatiue p̄nūciationes. i. ut quēadmodū p̄nūciatiōes p̄uatiue nō sunt p̄p̄rie affirmationes: aut negationes: ita affirmatio: ac negatio ex trāsp̄ositione nequaq; p̄-



Cat̄ indefinīte p̄nūciationes collate cū p̄uatiuis nō similit̄er se h̄nt: qm̄ indefinīta affirmatio plura cōplectitur: q̄ affirmatio p̄uatiua: qm̄ si oēs hoies sint iusti uera est. Dis homo non iniustus est: iniustus enim nō iustus est. Sed ubi qdaz iusti sint: qdā mediū obrinēt habitū uera est: Dis hō nō iust⁹ est. z illa falsa: Dis hō iniust⁹ est: quēadmodū s̄scripta formula clare dilucet.




Cadicit aut̄ p̄bus nō s̄l̄t fieri posse: ut angulares s̄l̄ ue re existāt: Sed interdū fieri posse: qm̄ ubi p̄nūciatiōes fuerint indefinīte: fieri pōt ut simul uere sint in mā p̄tingēt: qz indefinīte id p̄nt: qd̄ p̄ticulares ualēt. Sed ubi p̄nūciationes fuerint definīte fieri minime pōt: ut in quauis materia simul uere sint. Sed in materia cōtingēt simul p̄tingēt ueritatē. Si enim aliq hoies sint iniusti: aliq̄ iniusti: aliq̄ vō mediū habitū teneāt oēs negationes dicte p̄tinebūt ueritatē: ut nō ois hō iustus est: nō ois hō iniustus est: nō ois hō nō iustus est. Qd̄ ergo dictum est: ut interdū p̄tingat nō ita intelligēdus est: ut oēs angulares simul uere existāt. Id enim impossibi-

le est. Sz ut quedā earū in materia p̄tingēt ut in negationibus simul cōtinentibus ueritatē.

Similiter se h̄bit si ex uli noie affirmatio cōfistat ut ois hō iustus est: huius negatio est nō ois hō iustus est: ois hō non iustus est. nō ois hō nō iustus est. Sed non s̄l̄t angulares eē simul ueras p̄tingit: interdum contingit.

Cum docuisset Aristo. sequele ordinē in p̄nūciationibus indefinītis: hoc loco ostēdit ordinē sequele in p̄nūciationibus definītis: dicēs s̄l̄t̄er se h̄ere quorūens ex vniuersali noie affirmatio cōfistat. i. eodem ordine subsequē p̄nūciatiōes: quas nota: aut articulus vniuersalis definīt: qm̄ negatio indefinīta plura continet q̄ affirmatio simplex. Si enī oēs hoies sint iusti: tum affirmatio simplex: tū etiā negatio indefinīta uera est: Si vō qdā iusti sint: qdā non iusti: negatio indefinīta uera est. Affirmatio autem simplex falsa. Rursus simplex negatio uera: affirmatio autem indefinīta falsa. Quocirca seruat simplicium p̄nūciationum ad uersus indefinītis: que subsunt proportio. Pari ratione se h̄bet conferendo simplicem affirmationē: ac negationem cum affirmatione: ac negatione p̄uatiua quēadmodū subscriptis formulis: ut p̄s p̄p̄cie p̄-



Hec due igit̄ inuicē oppositae sunt. Sed alie due ei qd̄ est nō hō iustus est: nō hō iust⁹ non est: nō hō non iustus est: nō hō nō iustus nō est. Plures aut̄ his minime sunt oppositiōes: he vō absq; illis ipse per se existit. eo qd̄ est nō hō uelut noie utentes.

Dividit hac p̄te p̄bus p̄nūciationes in qbus ultra p̄dicatū uerbū quoq; cōp̄dicat: qm̄ p̄nūciatio: aut habet utrūq; s. tam subiectum: q̄ p̄dicatū definītum: aut utrūq; indefinītū: aut alterū definītū: alterū indefinītū. Si igit̄ dicis: nō hō iustus est: nō hō iustus non est. he simplices qdem p̄nūciationes. sed ex subiecto indefinīto existūt. Ubi vō dicis: nō hō nō iustus est: non hō nō iustus nō est. he sunt indefinīte ex trāsp̄ositione. Sz ex subiecto indefinīto qd̄ Aristo. dedit intelligi dicēs.

Hec due igit̄ inuicē oppositae sunt. Sed alie due ei qd̄ est nō hō uelut subiecto aliqd̄ adiectū habēt. i. quēadmodū in p̄nūciationibus ex subiecto definīto sūt oppositiones simplices. Item ex trāsp̄ositione: ita in p̄nūciationibus ex subiecto indefinīto: que ut ipse ait noie indefinīto vice nois utunt̄.

Sed in qbus uerbū est minime p̄gruit: ut in uerbo differit: z ambulat in ijs idē efficit ita positū ut si uerbū est adiectū: ut ois hō ambulans est: ois hō ambulat. Dis nō hō ambulās est. ois nō hō ambulat. Nō enim dicēdū est nō ois hō. Sed p̄ticula negatiua nō adiectū da est hominī: quoniam nota omnis nequaq; vniuersale: sed ut sit vniuersaliter indicat. Id paret ex hoc: homo ambulat: homo non ambulat: non hō ambulat: non homo non ambulat: quoniam hec ab illis

II

III

III

Dum
Solo
Amo
nius

dissentunt: ppter ea q̄ vniuersaliter nequaq̄ dicant. Quocirca omnis aut nullus nihil aliud significant q̄ ut vniuersaliter de nomine affirmatio: aut negatio sit. Alia v̄o adijci opus est.]

Sed in quibus dicit uerbus est minime p̄gruit: in ijs idem efficit: ita positum: ut si uerbus est adijciat. **O**is homo ambulans est: ois homo ambulat. **O**is non hō ambulans est: ois nō homo ambulat: oñdens: ut idēz ordo: ac sequela p̄nūciationum sit: in quib⁹ uerbū ambulat: aut differit loco uerbi est in p̄nūciatione iūgat nec Amōnius b̄ndixit: ut in p̄nūciatione possit aliud haberi p̄dicat⁹: q̄z uerbum est citans termini diffinitionem p̄mo libro prior⁹ ab Aristotele traditā. Cum dicit terminum uoco in quem resoluit p̄pō ut p̄dicatum: z id de quo p̄dicat: affirmatio: uel diuisio eē aut nō esse. Cum hoc loco clara uoce testet eē aliquas p̄nūciationes in quib⁹ uerbum est minime p̄gruat: S; loco eius uerbum hēant ita positum p̄inde: ut si uerbus est adijciat. Quinetiam q̄nto p̄hie p̄me libro s̄l̄r dixit minime dissentire homo ualescens est: homo ualescit: homo secās aut ambulās est: homo secat: aut ambulat. **O**ñdit p̄terea Aristo. ut p̄ticula negatiua non sit note sed nomini adijciēda: q̄m nota ois ut ait non est vniuersale: sed ut sit ulter indicat. i. de oibus p̄tici p̄tibus nām subiecti idicat affirmari p̄dicatū. Simili mō nota: aut articulus nullus nequaq̄z uls est. Nihil enī significat nisi ut uls de noie. i. de subo negatio sit. S; illud possit uocari in questione: Sit ne hec homo nō ambulat affirmatio ex trāspōne: cum tantūde; possit q̄stum ualeat hec. **H**omo nō ambulās est ut Aristo. dicit. **S**olutio est ut hec hō non ambulat: ita sit exponenda: ut p̄ticula negatiua semp uerbo adijciatur. Quocirca fiet homo ambulans nō est: ac de his satis.

Amo
nius

Quoniam **O**ris negatio est huic quidem oē animal iustum est: illa que significat nullum aial iustum est: **L**ōstat ut hec nunq̄z sil uere existant: neq; in eodem. Sed opposite his interdum existūt: ut nō oē aial iustū est. **Q**uoddā aial iustum est.] **C**ōtrarie p̄nūciationes simul uere eē nō p̄nt que admodum supius docuimus: ut oē aial iust⁹ est: null⁹z aial iustum est. Sed opposite his. i. s; cōtrarie interdū s; in mā p̄tingēt: simul uere existūt ut nō omne aial iustum est. Quoddā aial iustum est. **L**eter⁹z qd Aristoteles dicat: neq; in eodem Amōnius intelligit separatum: hoc inq̄ in p̄nūciationib⁹: alter⁹z in significatis eaz. Sed hec in seipsa recurrūt. Alij qd rectius puto dicūt: h̄i sniaz p̄cedēt: q̄m **O**ris p̄nūciationes p̄nt quide; simul esse uere: ut ois homo bipes est: **N**ullus equus bipes est. Sed non in eodem.

At uero ita sequuntur huic ois homo non iustus est: sequat illa: nullus homo iustus est: huic v̄o qdam homo iustus est opposita. i. non ois homo nō iustus est. **Q**uēpiā enī iustū eē necesse est.] **D**icit: **U**t huic ois homo nō iustus est: sequat illa nullus homo iustus est: p̄spicuum est: ut aut huic qdaz hō iustus est opposita. i. nō ois hō nō iustus est sequat ipsemet Aristo. idicat dicēs. **Q**uēpiā enī iustum esse nec esse est: atq; hec subscripta formula dilucide patent.



Sed ambiget forte quispiam. **U**truz cōtrario huic nullus homo iustus est: sequatur illa: **O**mnis homo non iustus est. **I**tem utruz huic non omnis homo nō iustus est: illa quidam homo iustus est. **A**mōnius exstimat pronūciationes illas reciprocare. **D**icit enīz quocirca se inuicem consequuntur pronūciationes particulares: quemadmodum vniuersales. **N**ec illud repugnat dicit qd altera negatiua sit altera affirmatiua: q̄m affirmare etiam de eo qd nō sit aliqd possumus: ut qd chimera nō iusta sit. **P**roindeq; dixisse Aristotelem libro p̄me p̄hie quarto: p̄mi ac diuini entis p̄tatem nō solum extēdi usq; ad informē mām: sed etiam usq; ad p̄uatiōem: ac negationem ipsius entis. **C**um z nō ens dicamus esse nō ens. **S**ed hec minime uera mihi uident: q̄m p̄tinus sequit: ut huius p̄tradictōis chimera est: **C**himera nō est: affirmatio uera negatio falsa hēat. **Q**uo qd sit absurd⁹ nō uideo. **Q**uocirca rectius dici pōt: ut affirmationi qdem sequatur negatio: tum in ulibus: tum etiam in particularibus. **S**ed ut r̄tro: sum minime agat: qd z ipsemet Aristo. indicare uisus est utens signatis uerbis: cum dixit ut huic ois homo non iustus est: sequat illa: **N**ullus homo iustus est: huic v̄o qdam homo iustus est: **O**pposita. i. nō ois homo nō iustus est. **Q**d itez Boetius uir alioq; app̄ime doctus peccare uidet: dicēs: ut ad eaz que est nullus homo est iustus. **S**equatur illa que est ois homo est nō iustus. **S**ed de sequela p̄nūciatiōnū abūde diffinitum est: ac p̄cedēte sermone diffinit. **I**llud tantūmodo est adijciēdum. **U**t p̄uatiō ab Aristotele ens appellet per similitudinē quandā: quo pacto dicimus sanum id: qd indicet aut efficiat sanitatem.

Porro **P**erū est negare eū: quem interrogas ut z affirmare ueruz sit. **U**erbi gr̄a. **E**st ne plato sapiēs? **A**d inime. **P**lato igitur non est sapiens. sed in ulibus nō s̄l̄r uera est: que s̄l̄r dicit. **S**ed negatio uera est. v̄bi gr̄a. **E**st ne ois homo sapiens? **A**d inime. **D**is igit hō non est sapiens. **I**d enim mendacium est. **S**ed uerum est. **N**on omnis igitur homo sapiens est: quoniam hec opposita est illa contraria.]

VII

In singularibus quotiēs negatio simplex uera est s̄l̄ter uera est affirmatio ex trāspōsitione. **I**n vniuersalibus autez negatio qdem simplex est uera: **A**ffirmatio v̄o ex trāspōne mēt̄. **Q**d Aristoteles indicauit per interrogationem dicens: p̄spicuum esse: ut in singularibus: quotiens uerum est negare eum quem interrogas: ut affirmare uerum sit. i. quotiens uera est negatio simplex. **A**ffirmatio quoq; ex trāspōne uera est: ut si plato sapiens nō est plato nō sapiēs est. **S**ed in ulibus nō s̄l̄r se habere ppter ea q̄ negatio simplex uera z affirmatio ex trāspōsitione falsa: z ob eam rem eē excipiendam interrogationem opposita p̄nūciatione nō p̄ria: ut est ne ois homo sapiēs? **A**d inime. **N**on omnis igitur homo sapiens est. **N**ec enim opposita est. **L**eter⁹z sciēduz est p̄posuisse Aristotelē **T**heorema per interrogationem: quoniam utile est exercitatiōni z p̄gressibus p̄hie. **I**llud quoq; admonendum: ut quē admodū se habet in singularibus: ita se habeat in particularib⁹: ac indefinitis. **U**t est ne homo alatus? **A**d inime. **H**omo igitur non alatus est. **R**ursus est ne quidam homo alatus? **A**d inime. **Q**uidam igitur homo non alatus est.

Sed que ex indefinito noie: ac uerbo opposite sunt: ut non homo: ac nō iustus: que si negationes esse sine noie ac uerbo uident. sed minime sunt. **S**emper enim uera aut falsa negatio sit oportet. **A**c si dicas nō homo nihil magis q̄ si dicas hō. **S**ed min⁹ uerus aut falsus eris nisi aliqd adieceris.]


VIII

bbb

De elocutione

Ne quisq; decipiat existimans indefinita nomina: ac uerba haberi negationes: ppter id qd̄ antea est dictuz de affirmationibus ex transpositione: idcirco philoſo phus talem coarguit ſuſpitionem dicēs. Sed que ſcili cet uoces ex indefinito nomine: ac uerbo oppoſite ſunt: ut non homo: ac non iuſtus: quaſi negationes eſſe ſi ne nomine ac uerbo uidentur. Deinde oſtendit tales uoces nequaquā eſſe negationes dicēs. Sed mime ſunt ſ. negatiōes qd̄ qd̄ ipſemet idicauit: per ſillogiſmū in ſcda figura ad hūc modū.

Vera aut falſa eſt.



Negatio. M. Nota ac v
ba indefinita
ſum ipſe Ariſtoteles indicauit ut eſ loco a maiori ſic: nomina ac uerba definita magis puenit ſignificare ue rum aut falſum. ſed minime ſignificāt. Igitur nec uer ba: aut nomina indefinita: uerum aut falſum ſignifica bunt. Leterum ut neq; uerba neq; nomina definita ue ritatem contineāt: aut falſitatem: primo libro diffini tum iam eſt.

IX Significat preterea hec omnis nō homo iu ſtus eſt: nulli illarum idem: neq; ea que huic oppoſita eſt: Omnis non homo iuſtus nō eſt. Sed hec omnis non homo non iuſtus eſt huic nul lus non homo iuſtus eſt idem ſignificat.]

C Paulo ante eſt dictum. At vō ita ſequuntur: ut huic omnis homo non iuſtus eſt. Sequatur illa: nullus ho mo iuſtus eſt. Huic vō qdam homo iuſtus eſt. Oppo ſita. ſ. Non omnis homo nō iuſtus eſt. Nunc igit indi cat: ut hec Omnis non homo iuſtus eſt: nulla illarum quas diximus ſignificet idem neq; ea que huic oppo ſita eſt: Omnis nō homo iuſtus nō eſt. quoniam in his ſub iectum eſt indefinitum: in illis definitum. Poſtea di cit duas eſſe pronūciationes idem ſignificātes ut om nis non homo non iuſtus eſt: nullus non homo iuſtus eſt. quoniam in utraq; ſubiectum eſt indefinituz. Sed de hoc eſt ſupra iam dictum.

X Nomina ac uerba q̄uis locuz demutent ſigni ficant idem ut albus homo eſt: homo albus eſt. quoniam ſi non ſit ita vnus plures erūt ne gationes. Sed ut vnus vna ſit oſteſum iam eſt. huus enim albus homo eſt: negatio eſt albus homo non eſt. huus vō homo albus eſt niſi eadem ſit illi albus ho mo eſt: negatio erit: aut hec non homo albus non eſt: aut illa homo albus non eſt. Sed altera negatio eſt hu ſus non homo albus eſt. Altera illius albus homo eſt Quocirca vnus due erunt: Ut igit ea ipſa ſit affirma tio: ac negatio q̄uis nomen ac uerbum demuter locū perſpicuum eſt.]

C Quoniam dixerat de ſequela: z de equipollentia pro nūciationum: nunc docet ut nomina: ac uerba. i. ſub ſectum z predicatum: q̄uis demutēt locum: z ordinez minime uariēt intellectum: ut albus homo eſt: homo albus eſt. Si enim non ſit ita (ait) vnus affirmatiōis plures erunt negationes. Illius enīz homo albus eſt ſi non ſit eadem illi. i. ſi nō ſignificet idem: negatio erit non homo albus non eſt: aut illa homo albus non eſt. Sed altera eſt negatio huus non homo albus eſt: alte ra illius albus homo eſt: ita ut illius albus homo eſt negatio ſit albus homo non eſt. Item homo albus nō

eſt. Que cum ſint diuerſe: propterea q̄ affirmationes oppoſite non ſunt eedez vnus affirmatiōis due erūt negationes. Sed ut hec homo albus non eſt: ſit nega tio illius affirmatiōis albus homo eſt: patet quoniaz in omni materia uerum a falſo neceſſario diuidunt.

C Sed ambiget forte quis: quoniam ſequitur pronun ciationem vniuerſalem reciprocare in ſemetipm. Se quitur enim omnis homo animal eſt: omne animal ho mo eſt: qz nomina: ac uerba: q̄uis demutēt locum mi nime uariant intellectum. Solutio eſt. ſ. Uerba ac no mina demutare debent locum: ita ut ſubiectum q̄uis priore cedat loco: tamen preterea ſubiectuz ſit. z item pdicatum ſit. Preterea predicatum: uelut in exemplo Ariſtotelis: homo albus eſt: albus homo eſt. Semper enim homo ſubiectus terminus eſt: animal predicatū z ob eam rem ſemper erit idem. Si dicas omnis ho mo animal eſt. eſt omnis homo animal. Animal om nis homo eſt. Eſt animal omnis homo. Leterū admo neri debemus: ut in negationibus demutatio loci ne quaquā uariet intellectum: quotiēs ita demutent locū: nomina: ac uerba: ut particula negatiua ſemper eidem adijciat: ut non eſt homo albus: homo nō eſt albus: ho mo albus non eſt: q̄uis Ariſto. de affirmatiōe tantū modo faciat mentionem. Recentiores philoſophi hic multa obloquuntur: Quorum dicta ut uana ſunt: ita a me facile contemnuntur.

At uero vnum de multis: aut multa de vno cō firmare aut negare niſi vnus fuerit qd̄ ex multis idicat neq; affirmatio vna neq; negatio erit intelligi vnum uolo: non ubi nomen vnum extiterit. Ex illa vō vnum minime fuerit ut homo forſitan eſt z animal z bipes: z placidum. Sed ex his quoq; efficit vnum. Sed ex albo z hoier: z ambulare nequaquā vnum efficit. z ob eam rem nec ſiquid affirmes vna affirma tio eſt. Sed uox qdem vna affirmatiōes multe ſunt: neq; ſi de vno hec afferas. ſed ſimiliter multe ſunt.]

C Superius dictum eſt: ut ſi vnum multa ſignificans de quopiam predicet pronūciatio multiplex habeatur: ut ueſtimētum album eſt: quotiēs hoc nomen ueſtimē tum equo z homini deſtraſ. Idem hoc loco cōfirmat adijciens appellari vnum non ubi nomen vnum exti terit. Ex illo vō minime vnus fuerit: quoniam animal bipes placidum eſt vnum: q̄uis non vnum nomē exi ſtat. ſed multa ex quibus efficit vnum: z ob eam rem ſi dicas deinceps homo animal bipes placidum eſt ſilen tio minime intercidendo p̄tinitatem vna oratio eſt: quoniam ut ipſe ait: ex albo z homine: z ambulare ne quaquā vnum efficit. Uox igit vna eſt: ſed affirmatiōes multe ſunt: Ut enim dicis libro prime philoſophie q̄ to. Ambulans z album ſunt vnum ex accidētis: qz am bo accidunt vni. Quocirca perinde eſt ac ſi dicas ho mo albus eſt: homo ambulans eſt.

Si igitur interrogatio dialectica reſponſionis petitiō eſt: aut ppoſitionis: aut alte rius partis cōtradictionis. Ppoſitio vō cōtradicti onis vnus pars eſt: hec nequaquā erunt vna reſponſio ne excipiēda. Interrogatio enim minime vna eſt: q̄qz uera exiſtat. Sed de his in topicis perpenſum iam eſt. Porro nec quidditas interrogatio dialectica eſt. oportet enim dari ex interrogatiōe: ut eligat: ut rā uelit cō tradictionis partem p̄nuiciare. Sed oportet defini ri num aliquid tale ſit an minime ſit.]

C Interrogationem dialecticam eſſe reſponſionis peti tionem perſpicuum eſt: Sed uerum ſit alterius partis cōtradictionis inter expoſitores minime conuenit. Alexander enim exiſtimat interrogatiōem dialecticā eſſe alterius partis dūtaxat: quoniaz z ipſe Ariſto. dif finiendo interrogatiōem dialecticam dicit: ut ſit alte rius partis cōtradictionis. Amblicus vō utriuſq;

Dm

Solo

XI

XII

Ale.
Fader
Zabl
cus

pris: ppter ea qd ipse Aristo. dicit pmo libro hoz: ut di
alectica ppositio. Scificitãtã qdem sit interrogatio cõ
tradictionis. Rõcõnãtã võ sit assumptio eius: qd appa
reat uerum: ac pbabile habeat. Sed nihil ut opinor re
pugnat interrogacionem: que sit actu alterius ptis po
testate esse utriusq; partis ptradictionis. Cum enim li
ceat his oibus modis interrogare. Est ne aia immorta
lis? Nõne est aia immortalis? Nõ aia est immortalis?
Potestate est: ac si dicas Nunqd aia immortalis est? An
secus? Ubi iam pars utraq; contradictionis actu ex
plicatur. Sed utcuq; fiat interrogatio: si multiplex est
vna respõsione minime est excipiẽda: cuius rei causam
addidit dices. Interrogatio eniz minime vna est qzq;
uera existat. Ac demuz remittit nos ad libru topicõz:
ubi de his abunde ppensum est. Subiecit pterea quid
dicitatem. i. diffinitionem nõ esse dialecticã interrogati
onem. Oportet enim ait dari ex interrogacione ut eli
gat utrã uelit ptradictionis partem pnucciare. i. opz
ut interrogatio dialectica pmittat ut libet interroga
tionis respondere. At diffinitio quidditatez: ac rei ipsi
nam exponit. Si tñ libeat formare de diffinitione dia
lecticã interrogacionem: oportet ut ipsam diffinitio
nem pferendo interrogemus. Ut Est ne homo aial bi
pes placidum? Sed de diffinitione alio loco dictuz iaz
est. Illud tantummodo adijciendum: ut aliud genus sit
interrogacionis: quã greci psmaticã uocant: quã di
xeris rogatoriã. Ut quis nam uocat? Ubi nam habi
tas? Nõbrem lapis magnes trahit ferrum? Sed hec
ut libera rñsione excipitur: ita minime dialectica est.

XII **Et uero** cum hec predicent cõposita pnde ut si
sit totum pdicatum vnu ex ijs: que pre
dicant seorsum illa nequaq; Que nam illoz differen
tia sit ppendẽdum. De hoie enim ueruz est dicere: z ut
sit aial seorsum: z ut sit bipes seorsum. Itẽ hec ut vnu:
atq; etiam hoiem: z albu: hec quoq; ut vnum uera sũt.
Et non si Lorianus est ac bonus: z Lorianus bonus
est. Si enim qz utruq; uerum est: ambo quoq; sint ue
ra oportet multa absurda erũt. Et enim de hoie ueruz
est ut sit homo: z ut sit albus: proinde totũ uerum est
Rursus. Si albus ipm ac totũ uerũ sit: fiet ut homo al
bus: albõ sit: idq; abibit ad infinitũ Rursus. Abusicus
albus ambulans: atq; hec subinde impleta. Pterea
si Plato plato z hõ bipes est. Ut igit siqs simplr dicat
impletus fieri multa accidant absurda pspicuum est.

Quoniam supius indicauit multa pdicata posse com
plicari vnãq; efficere oronem non posse aliqua: statim
se pferendo ad vnitatem interrogacionis hoc loco tra
dit reglã ex quibõ liceat cognoscere qui possit fieri sim
plex multarum dictionum in vnam oronem dices
ppendẽdum esse in pms qzobrem hec pdicent cõposi
ta pnde ut si sit vnum pdicatum illa nequaq; de hoie
eniz (ut ait) aial seorsuz z bipes: Seorsuz z placidum:
Seorsuz itẽ hec oia iunctiz ut vnu pdicant. At coria
ri seorsuz z bonus seorsuz de quopã dicant: Sed iun
ctim ut vnum minime dicunt. Deinde ostẽdit multa
sequi absurda: si simpliciter cõprobes ut quecuq; dica
tur sepatim de quopã simul ambo dicant. Fieri eni
ut de homine homo albus: Item homo albus albus p
dicetur qmõ omnia illa sepatim de homine afferũtur.
Atq; ita accidit ueri nugatoriã pdicationem: qd est
pimum absurdum. Deinde etiam sequit: ut quoniaz
plato seorsum plato est: Item seorsuz homo ut iuctim
sit plato homo: quod rursus abhorrens: absurdumq;
est. Cum enim homo plura contineat qz plato contra
here ipsum in oratione qui potest.

XIII **Sed quoniam** modo dicẽduz sit nunc
exequamur. Quocun
q; dicuntur ex accidenti: aut de eodem: aut alterum
de altero hec vnum minime erunt: ut homo albus est

et musicus. Sed album z musicum minime vnum
sunt. Ambo enim eidem accidunt: neq; si album musi
cum: dicere uerum sit: attamen album musicum vnuz
minime erunt: quoniam ex accidenti album musicum
est. Quocirca album musicum minime vnum erunt.
Et ob eam rem neq; coriarius bonus simpliciter est:
sed animal bipes. Non enim ex accidenti est. Pter
rea nec quecuq; existit in altero simul pdicant. Quo
fit ut neq; albu subinde neq; homo homo animal aut
bipes sit. In homine enim bipes atq; animal est.

C Exequitur philosophus de vnitãte prononciationis
z quod proxime diximus docet regulã talem: ut que
cuq; vnum sunt ex accidenti minime vnã faciãt ora
tionem: ut album: ac musicum. Que sunt vnuz: aut qz
alterum alteri: aut qz ambo accidant vni. Simili mo
do neq; coriarius bonõ simpliciter. i. pse est: z iuxta su
am naturam. Sed Lorianõ accidit ut sit bonus. Qui
dam enim Lorianus malus est. Que võ insunt perse:
z ex natura separari minime queunt. Ita efficit ut ani
mal bipes vnum sit: neq; ex accidenti: quia diffinitio
perse est. Atq; hec prima regula est. Sequẽs est: ut que
cuq; existant in altero in vnã orationem minime co
alescant. Quocirca si subinde dicas album: albus:
aut homo homo aial: aut hõ bipes nequaq; vna ora
tio est: quoniam in homine homo: Item bipes in homi
ne cõtinet. **C** Sed queri potest sit ne vna oratio: que
est laurentius medicus bonus est. Aut appelles bonõ
pictor est: Lum utruq; z ars: z bonum laurentio acci
dat. **C** Solutio est: ut Almonius ait vnã esse oratio
nem: qmõ bonuz qd est quale quasi genus medicinalis
artis existit. Adhi videtur ut oratio minime vna sit:
alioquin coriarius bonus. Vnam quoq; efficit ora
tionẽ qd Aristo. paulo supius improbauit. Illud etiã
queri põt quo pacto ex subiecto z accidenti: ut homi
ne z albo oratio vna consistat: cum ambo nequaq; pse
sed ex accidenti: alterum de altero predicetur. Solu
tio est: Ut orationem faciant vnã earatione qz vnu
alteri accidat nisi faciant pdicationem preter natu
ram. Possunt igitur in vnã quodãmodo orationẽ
constari: quia totum id substantiã simplicem quidem
minime significat: Sed talem significat.

Porro aliquatenus ac simpliciter dicere uerum
est: ut quendam hominẽ hoiem: aut quẽ
dam album hoiem/hominẽ album. At non semper ue
rum est sed quoties in adiecto oppositum aliqd existit
cui qdem contradictio comitatur minime uerum: sed
mẽdaciũ est: ut defunctum hoiem/hominẽ dicere
Quoties võ minime existit uerum est: uel quoties exi
sit: semper non uerum est. Sed quotiens minime exi
sit non semper uerum est quemadmoduz ut poeta ho
merus aliqd est. Num igitur est an secus? Et enim uer
bum est de homero predicatur ex accidenti. Est enim
poeta. Sed uerbu est de homero perse minime predi
catur. Quocirca si quibus predicatis neq; contrarie
tas inest ubi pro uocabulo afferas rationem ac pse pre
dicetur non ex accidenti in his aliquatenus z simpli
citer dicere uerum est.

C Predicari aliquid simpliciter dicimus quotiens pse
seorsum nullo addito predicetur: ut Plato homo al
bus est. Atq; hec que aliquatenus predicantur etiam
simpliciter. i. seorsum predicantur. Si due seruentur
conditiones: ut in adiecto oppositum minime habeat:
z ut predicatum perse de subiecto non ex accidenti di
catur. Quocirca si dicas defunctum hominẽ esse ho
minẽ simpliciter mẽdaciũ dices: quoniam tu di
cis hominẽ: ut sit defunctus quod sane hominẽ oppo
situz est. Et si dicas Homerus poeta est qzq; nulla op
positio sit: tamẽ minime uerum est: ut Homerus sim
pliciter sit: quoniam uerbum est de homero predicatur
bbb 2

Du

Solo

XV

De elocutione

ex accidenti. Est enim Poeta. Ceterum quo pacto possis adiecti termini deprehendere oppositionem ipse Aristoteles indicauit dicens: ubi pro uocabulo afferas rationem. i. quid sit rem esse: quoniam in nomine plerumque latet quod in ratione eius perspicuum est.

XVI Ceterum ut non ens sit ens: quoniam est opinabile minime uerum est. Opinio enim eius est ut non sit sed non ut sit.]

Conprobatur hac parte philosophus illos qui uolunt ut non ens sit ens ea ratione: quod non ens opinabile dicatur: ac uideatur innuere platonem in Sophista: et in quinto de Re. p. exponentem significata non entis: quoniam uno modo dicitur non ens: quia supra entia. i. supra speciem omnem entium existat. Item in postrema informi materia. Est et aliud significatum non entis quod in summo loco positum adeo est non ens: ut ne opinabile quidem uideatur: quoniam opinabile est aliquid per habitudinem opinionis. Sed Aristoteles egregie indicat falli ita dicentem: propterea quod si dicas Chimera opinabile est. Verbum est predicatur ex accidenti non per se de Chimera quemadmodum paulo ante docuimus et ob eam rem mendacium essent Chimera sit ens quia opinabile habetur. Non enim opinio eius est (aut ut sit sed ut non sit. Sed de oppositione pronuntiationum in quibus uerbum est tertium quiddam sit ac predicato adnumeretur abunde dictum iam est. Sequitur ut de pronuntiationibus cum modo agamus.

Claurentiani Florentini in libris de Elocutione Aristotelis Liber Quartus.

Ita definitis considerandum est quoniam modo se habeant affirmationes: ac negationes inter se: que sunt e possibile: ac non possibile. Contingent: ac non contingent: atque e necessario et impossibile. Habent enim nonnullas substitutiones.]

Con hoc quarto uolumine philosophus agit de pronuntiationibus cum modo duo tantummodo indicans oppositionem. scilicet affirmationum ac negationum: ac sequelam earum ipsarum per diuersos modos pronuntiationum. Sed anteaque dicta Aristotelis aggrediamur prenotari quedam oportet. Sciendum est igitur: ut modus sit uox indicans: quo pacto predicatum in subiecto existat: ut luna cito desistit: Laurentius paulus filium satis amat. Paulus iexplanate fatur. Quocirca multo plures sunt modi: quos qui sunt ab Aristotele proditi. Sed Aristoteles mentionem fecit eorum qui uniuersalissimi sunt: ac nature rerum maxime congruunt. Triplex enim est materia pronuntiationum quemadmodum supra diximus atque adeo afficitur pronuntiatione ut que sine modo uera est. Interdum cum modo redditur falsa: ut sol mouetur: sol contingenter mouetur. Rursus plato conualescit: Plato necessario conualescit. Sciendum preterea est: ut particula negatiua sit ipsi modo adijcienda que inque pars est in tali pronuntiationum genere precipua. Huius igitur affirmationis platonem ambulare possibile est negatio est. Non hec platonem non ambulare possibile est: quoniam hec due simul uere existunt. Sed hec platonem ambulare non possibile est. Porro de modo dantur diuisiones: quia interdum additur pronuntiationibus e subiecto: ac predicato suntque quatuor discrimina pronuntiationum. Aut enim accipimus utrumque terminum definitum: aut utrumque definitum: aut alterum definitum: alterum indefinitum idque dupliciter: ut platonem ambulare possibile est: non platonem ambulare possibile est. Platonem non ambulare possibile est. Non platonem ambulare possibile est. Interdum uero addit pronuntiationibus in quibus ultra predicatum tertium quiddam copredicatur: sicutque

octo discrimina pronuntiationum: quoniam aut accipimus omnes terminos indefinitos: aut omnes definitos: aut duos indefinitos. Tertium uero definitum aut e contrario: duos quidem definitos tertium uero indefinitum. Quod si duos definitos accipiamus tripliciter uariant pronuntiationes. Aut enim primos duos accipimus definitos. Tertium uero definitum: aut extremos indefinitos medium uero definitum. Aut postremos duos definitos: primum uero indefinitum. Si uero unum terminum accipiamus definitum similiter tripliciter uariant. Octo igitur discrimina erunt ac sim unumqueque modum duodecim. In singularibus autem indefinitis uniuersalibus ac particularibus octo et quadraginta. Que rursus triplicantur propter materias. Rursusque propter tempora quocirca fient quadringente triginta ac due oppositiones. Et de his satis. Licet enim prescriptas superioribus libris: cum his componendo numerum efficias oppositionum multo maiorem. His igitur definitis Considerandum est: ut Aristoteles dixit quo pacto se habeant propositiones eorum modo. Habent enim nonnullas dubitationes.

Si enim implexus ita existunt ut he contradictiones inuicem opponant: quecumque ex uerbo est ac non est disponunt ut huius homo est negatio sit: homo non est. Non hec non homo est. Item huius albus homo est: non hec non albus homo est. Sed albus homo non est. Si enim de qua uis re affirmatio: aut negatio uera est: Lignum falsum sit dicere ut lignum sit albus homo erit uerum dicere ut lignum sit non albus homo. Quod si id ita se habet in quibuscumque uerbum est minime additur idque efficiet: id quod loco uerbi est dicitur ut huius homo ambulat. Negatio est Non hec non homo ambulat. Sed homo non ambulat. Nihil enim interest si dicas homo ambulat: aut homo ambulans est. Quocirca si ita est usquequaque: et huius possibile esse est negatio est non hec non possibile esse est. Sed possibile non esse est.]

Contradictiones in pronuntiationibus sint modo fieri: quotiens particula negatiua adijciatur uerbo antea perpensum est. Quoniam huius homo est negatio est non hec non homo est: Sed homo non est. Nec secus in pronuntiationibus in quibus loco uerbi est aliquid aliud uerbum predicetur. Huius enim homo ambulat negatio est non hec non homo ambulat. Sed homo non ambulat. nihil enim interest ut ait. Si dicas homo ambulat aut homo ambulans est. Si igitur ita se habet in pronuntiationibus sine modo parti ratione in pronuntiationibus eorum modo se habebit. Quocirca huius possibile esse est negatio est non hec non possibile esse est. Sed hec possibile non esse est.

At uidetur idem posse esse ac posse non esse: quicquid enim possibile est secari aut ambulare id quoque non ambulare ac non secari possibile est. Ratio huius est: quicquid ita possibile est non semper effectu est: quocirca eidem quoque negatio inheret. potest enim ambulare non ambulare et item visibile non uideri. Et qui de eodem ueras esse predicationes impossibile est. Non igitur huius possibile esse est negatio est possibile esse. Accidit enim ex his aut idque affirmari ac denegari de eodem simul: aut ex uerbo est ac non est minime esse affirmationes ac negationes. Si igitur illud est impossibile id sane est expectandum. Quocirca huius possibile esse est negatio est non possibile esse est. Sed non hec possibile non esse est.]

Con ut idem possit esse ac non esse perspicuum est. Quicquid enim (ut ait) possibile esse secari: aut ambulare id quoque non ambulare: ac non secari possibile est. Cuius rei ipsemet reddidit causam dicens: quicquid ita possibile est. sicut in eam habeat partem: non semper effectu est: Ut visibile non semper

videtur nec semper ambulabile ambulat. i. qui hēat ambulādi p̄tatem. Ex quibus tādē p̄cludit huius possibile secari est nō esse negationē hāc possibile nō secari est: aliogn accidit ut dicit idē p̄firmari: ac denegari de eo dē simul: ut platonē posse ambulare: z posse nō ambulare. Rursus lignū posse secari: ac lignū posse nō secari. Quocirca negatio erit huius inq̄z platonē ambulare possibile est: hec ambulare platonē non possibile est. Itē huius lignū secari possibile est hec lignū secari nō possibile est. Quod z in alijs modis similiter se habet: ut statim dicet.

III Vari ratione dicēdū de eo qd est p̄tingēs esse est. Etenim hui⁹ negatio est nō hec p̄tingēs non esse est. Sed nō p̄tingēs eē est. Nec secus in alijs ut im possibile ac necessario dicēdū: ut enim in illis v̄bū esse ac nō est adiectio est. Albū autē: z homo res ipsa subiecta ita z hic esse ac nō esse quasi subiectū habet. Possibile v̄o ac p̄tingēs adiectio definitēs ut in illis v̄būz est ac nō est v̄tatem ac falsitatem ita hec quoq; in eo quod est possibile esse est.]

Docet hoc loco quā ob cām negatio efficiat quōtēs modo p̄tacula negatiua adijciat: dicit illud ita fieri p̄pterea qd modus in h̄^o of onibus p̄dicatilo cum obit neat iesse ac nō esse: ut ambulare ac nō ambulare subiecte ref. Ut igit in illis v̄bum est ac nō est definit ueritate ac falsitatem: ita modus ut possibile: ac non possibile efficit affirmatiuam: ac negatiuam pronuntiatiōez.

V Ceterum huius possibile nō esse est negatio est nō hec nō possibile eē est. Sed nō possibile nō eē est: z ob eā rem vident inuicē seq possibile eē est: ac possibile nō esse est. Adēz enim possibile esse: z itē nō esse est. Ne enim sibi inuicē minime p̄tradicūt. Sed possibile eē est ac nō possibile eē est. Nec v̄o possibile eē est: ac nō possibile eē est simul sequunt ea rōne: qd inuicem aduersent: nunq; etiā possibile nō eē est: ac nō possibile nō esse est in eodē simul uere existūt: similit modo hui⁹ necesse eē est negatio est nō hec necesse non eē est. Sed nō necesse eē est. Hui⁹ autē necesse non eē est hec nō necesse nō eē est. Itēz hui⁹ impossibile eē est: nō hec impossibile non eē est. Sed nō impossibile esse est. Hui⁹ autē impossibile nō eē est hec nō impossibile non eē est. Atq; in vniuersuz ut dictū iam est eē ac non esse p̄stituerē ueluti s̄iecta oportet. Affirmationez v̄o ac negationē efficere opus est adijciēdo eidem atq; existimare hēri affirmationes ac negationes possibile non possibile. Contingēs nō p̄tingēs: Impossibile nō ipossibile: Necessariū nō necessariū. Verū non uerum.]

Quēadmodū huius possibile eē est negatio est nō hec possibile nō eē est. Sed nō possibile eē est: ita hui⁹ possibile nō eē est: negatio nō est hec nō possibile eē est: Sz nō possibile nō eē est. Qd aut hui⁹ possibile eē est negatio sit nō hec possibile nō eē est. Itēz Aristō. indicat dicens: z ob eā rem vident inuicē sequi possibile eē est: ac possibile nō eē est. Adēz enim possibile eē ac possibile nō eē est. Ut idem lignū secari possibile est quēadmodū pauloante docuimus. Reliqua patēt. Concludit enim p̄hs: ut in vniuersuz eē ac nō eē p̄stituerē opz quasi s̄iecta. Affirmationē v̄o ac negationem efficere opus est adijciēdo eidem. i. modo: atq; existimare hēri affirmationes ac negationes possibile non possibile. Qd aut adiecit Aristō. in calce ofonis. Verū nō uerū idcirco fecit: ut oñderet nō solū quatuor modos hēri: sed etiā innumerabiles quodāmō. Sz de hoc quoq; statim iter inītia libri latius docuimus. **C** Sed quispiāz merito ambiget: sit ne affirmatio: que dicit p̄tingit nullum hominem iustū esse: ac p̄fecto videt. Modus enim si ne negatiua p̄tacula est. Contra est illud qd dicit p̄mo lib^o Analyticoz: ut oēs tales negationes existat cōtingit nulli: aut nō oī. Necesse est nulli aut nō oī. **C** Solutio

est: ut nō sint uere negationes: qm̄ oēs tales contingit nulli: aut cuius nō inesse figurā hēant affirmatiuam. Sunt igit affirmatiōes. Sed Aristoteles p̄siderauit illas nō soluz per affirmatiōem modi sed quatenus accidit illas egpollere negationib⁹: ac tantūdem posse: q̄tum ualent negationes: Qd enim p̄tingit nulli id nō necesse est alicui quēadmodū paulo post Aristō. indicabit: z ob eā rem nō inscite Jamblicus dixit: ut uoce qd affirmatiōes: sed p̄tate negationes existant.

At uero sequēte ex rōne existūt of onib⁹ ita dispositis. Hui⁹ enim possibile eē est: hec p̄tingēs eē est: z hec illi r̄ndet: atq; etiā nō impossibile eē est ac non necesse est. Hui⁹ aut possibile nō eē est: ac p̄tingēs nō eē est: hec nō necesse nō eē est ac nō impossibile nō eē est. Hui⁹ autē nō possibile eē est: ac nō p̄tingēs eē est hec necesse nō eē est: ac impossibile eē est. Hui⁹ aut nō possibile non esse est: ac non cōtingens nō esse est. hec necesse eē est ac impossibile nō esse est. Ad ex diagramate contempleris licebit.

Tabli
cus
VI

Diagrama vitiosum

Possible esse est.	Contingens esse est.
Non impossibile esse est.	Non necesse esse est.
Possible non esse est.	Contingens non esse est.
Nō ipossibile non esse est.	Non necesse non esse est.
Non possibile esse est.	Non contingens esse est.
Impossibile esse est.	Necesse non esse est.
Non possibile nō esse est.	Non contingens nō esse est.
Impossibile non esse est.	Necesse esse est.

Sclēdū ut possibile: ac p̄tingēs eodē mō disposita sp̄ retrocāt: z in simplici affirmatiōe z in affirmatiōe indefinita: z in negōne ut possibile esse est. Contingens eē est. possibile nō eē est. Contingēs nō esse est. Nō possibile eē est: Nō p̄tingēs eē est. Etenim in his oibus retroagit incolumi p̄ditōe ueritatis: ac falsitatis. Impossibile v̄o ac possibile: z p̄tingēs non insup eodē modo disposita reciprocāt: Sed ecōtrario affirmatio p̄gruit negationi: qm̄ possibile eē est: z contingēs eē est: ac nō impossibile eē est reciprocāt: z itēz ipossibile eē est ac nō p̄tingēs eē est z nō possibile esse est. Sed in superiore ordine sub eo qd est p̄tingēs eē est collocauit nō ipossibile eē est: z nō necesse eē est qm̄ cōtingēs: ac possibile vident: q̄si media iter neciuz: z impossibile: ac nulli extremoz eadē: quocirca videri possit utriusq; negationes reciprocare. Reliqua patēt.

Possible igit ac nō ipossibile cōtingēt ac nō p̄tingēt. Itēz possibile: ac nō possibile s̄sequunt quidē opposita rōne: sed reciprocē: hui⁹ enim possibile eē est negatio ipsi⁹ impossibile comitaf que est nō ipossibile eē est. Negationi v̄o affirmatio. Hui⁹ enim nō possibile eē est: Impossibile esse est. Affirmatio enim est impossibile esse est. Nec autē non possibile esse est negatio est. **C** Ut ipossibile ac nō impossibile sequant simplicem affirmationē: ac simplicē negationem ipsius possibilis p̄spiciuz est: qm̄ ipossibile eē est sequit simplicē negationem. i. nō possibile esse est. Rursus nō impossibile

VII

Dijm
Solo

De elocutione

esse est simpliciter affirmationem. s. possibile esse est. In ratione in alijs pronuntiationibus ex transpositione. De nãq; recurrunt pmanente ueritate: ac falsitate v3 ipofibile non esse est: non possibile non esse est: atq; id uoluit Aristo. Cum dixit. Sed reciproce indicans qualitatis mutationem.

VIII At necessarium quonam modo se habeat considerandum ac perspicuum est ut nã ita se habeat. Sed orie sequuntur predictiones vò minime sunt. Non enim est negatio huius necesse nã esse est nã necesse esse est.]

Predictio obscura est. ppter breuitatem oronis. Ut igitur illustrioz euadat pmo sciendum est: ut nã impossibile eẽ est in pma pagella diagramatis: et impossibile eẽ est in tertia pagella inuicem predicant. Item impossibile nã esse est in postrema pagella: ac nã impossibile non esse est in scda. Secus necesse nã eẽ est: ac nã necesse est. he nãq; in mã necessaria pariter metiunt. Itidẽ in pronuntiationib; cũ modo ex transpositione necesse eẽ est: ac nã necesse nã eẽ est: qm in mã ipossible pariter metiunt. Quob cam Aristo. merito dixit pspicuum eẽ: ut nã ita se habeat: sed orie sequant: qm tales pronuntiationes in predictis materijs simul false existunt: et ob eam rem contrarie sunt. Contradictiones vò nequaquã sunt: qm ut dixit huius necesse nã eẽ est negatio nã est hec nã necesse est: quia simul mentiuntur inuicem in predictis materijs recto ordine porrecte: necessarij pronuntiationes.

IX At uero causa est: ut necessarij minime sequat p inde ac reliqua: qm ipossible ptra ac necessarij pdituz tantũdem pòt. Sigd enim ipossible eẽ est id necesse nã eẽ est. Rursus sigd ipossible nã eẽ est id necesse eẽ est. Quocirca si illa sũt ut possibile atq; ipossible reciprocant: hec cõtra sequunt: quoniam necessarium atq; ipossible minime idem significat: sed reciproce quẽadmodũ dictũ iam est.]

Redit causam eius qd est proxime diffinitum dicẽs causam esse: ut necessarium minime sequat perinde ac reliqua: qm ipossible contra ac necessarium contraria sunt. Hoc enim semp est illud nunquã: et idcirco pronuntiationes ex transpositione tantũdem possunt q̃tuz ualent simplices pronuntiationes. Quod enim necesse esse est: id ipossible nã esse est. Rursus quod ipossible esse est: id necesse non esse est.

X An impossibile est ita pstitueret ipsi contrarij predictoes. Quicquid enim necesse eẽ est possibile eẽ est: Alioq; negatio subsequet. Affirmare enĩ aut denegare oportet. Quocirca si nã possibile eẽ est qd necesse esse est. Impossibile igit eẽ est qd necesse eẽ est: qd est absurdũ. Quinetiam huius possibile eẽ est: sequit hec nã ipossible eẽ est. Illic aut illa nã necesse eẽ est. Quocirca accidit: ut qd necesse eẽ sit: nã necesse eẽ sit: qd est absurdũ. Quinetiam neq; hec necesse est sequit illa possibile eẽ est: neq; hec necesse non esse est. Huius enĩ ambo inesse ptingit. At ex his utrũ vis fuerit uerũ: nã in sup uera illa erit. Simul enim possibile esse ac nã esse est. Quod si necesse esse aut non esse est possible ambo minime erunt. Restat igitur: ut hec non necesse non esse est sequatur illi possibile esse est.]

Improbat hoc loco pbs predicta e necessario pronuntiationum sequelã: redditq; earum ordinẽ diligentiorẽ. Atq; in p̃mis querit: que nam quatuor e necessario pronuntiationum sequatur eam que est e possibile: ac demonstrat ut minime sequatur negatio simplex: quod erat antea dictum. s. non necesse esse est: neq; neutra affirmatio. Sed sola negatio ex transpositione. Ostendit autem ueram esse quasi assumptionem quandam. scilz ut illam que dicit necesse esse est sequatur possibile esse est: alioquin ut ait negatio sequetur. Affirmare

enim aut denegare necesse est. Quocirca si non possibile esse est qd necesse esse est impossibile esse est quod necesse esse est quod est absurdum. Ea igitur assumptio est ex qua facile indicatur minime rectam fuisse superiorẽ descriptionem: quoniam si illam que est necesse esse est sequitur possibile esse est quẽadmodum iam subiecitur per assumptionem. Illam autem possibile esse est sequitur ex superiori descriptione non necesse esse est. Igitur illam necesse esse est sequitur non necesse esse est quod est absurdum. Ostendit preterea neutraz sequi e necessario affirmationem: neq; necesse esse est: neq; necesse esse non est dicens huius scilz que e possibile est ambo inesse contingit id est pronuntiatio e possibile medio genere ambiget: atq; indefinitam continet ueritatem. Quod enim possibile eẽ est possibile nã eẽ est. Sed utraq; illarũ nãm significat definitam. s. que uel semp sit uel semp nã sit. Luz igitur ambo. s. necesse eẽ est ac necesse nã eẽ est minime possible sunt: sed nãm cõtineant indefinitam sane hec nã necesse nã esse est: sequitur illam: possibile esse est.

Id enim uerũ est etiam de eo qd est necesse esse est. Nec enim negatio existit illi: que sequit Nã possibile eẽ est. Illi enim sequit ipossible eẽ est: ac necesse nã eẽ est. Sequunt igitur he predictoes fm pdictum modum: ac nulluz accidit ipossible ita dispositis.]

Si igitur transferant pronuntiationes: ut loco illi nã necesse esse est ponat illa nã necesse nã eẽ est: nullum sequit ipossible. Siquis enim arguat cõtra nos ad hunc modum: illi que est necesse eẽ est sequit possibile eẽ est. Rursus huius illa nã necesse nã eẽ est. Igitur qd necesse eẽ est nã necesse non eẽ est: nulluz sequit ipossible. Id enĩ nos pcedimus: qm qd necesse eẽ est puationẽ hẽre necessariã minime pòt. Sed codex emendari debet hoc modo. Id enĩ uerũ est et de eo qd est necesse eẽ est et enĩ hec predictio existit illi que sequit possibile esse est. Illa enim uera meritũ ipossible eẽ est ac necesse nã eẽ est. Cuius negatio est nã necesse nã eẽ est. Atq; hec pspicua sunt ex diagramate.

Diagrama rectum.

Ipossible esse est.	Cõtingens esse est.
Nã ipossible eẽ est.	Nã necesse nã eẽ est.
Ipossible nã eẽ est.	Cõtingens non esse est.
Nã ipossible necesse est.	Nã necesse esse est.
Nã possibile esse est.	Nã ptingens esse est.
Ipossible esse est.	Necesse nã esse est.
Nã possibile nã eẽ est.	Nã ptingens nã eẽ est.
Ipossible nã eẽ est.	Necesse esse est.

Sed ambiget qspia sequat ne hã necesse eẽ est hec possibile esse est. Si enĩ nã seqt negatio ipa sequet. s. Nã possibile esse est. Quod si quis hãc minime dicat eẽ negationẽ necio dicat illa possibile nã eẽ est: Sed ambo metiunt de eo qd necesse eẽ est. Quocirca ut hec possibile eẽ est sequat necesse est. Atq; rursus idem uidet possibile/secari: ac nã secari. Itẽ eẽ ac nã eẽ. Quocirca erit qd necesse eẽ est. Cõtingens nã eẽ. Id aut mendacium est.]

Luz supius subiecitur ut illa necesse eẽ est sequat possibile eẽ est idicat h loco pdicte assumptionis ueritate dicẽs: ut si mime sequat ipsi negationẽ seq oportet. s. nã possibile esse est: aut possibile non esse est. Si quisq; dicat illam minime esse negationẽ: Sed ambo metiunt (ut ait) de eo qd necesse eẽ est: qm qd necesse eẽ est neq; nã possibile eẽ: neq; possibile nã eẽ est. Deinde cõtra arguit. Luz enim idem possibile sit secari: ac nã secari. Itẽ eẽ ac nã eẽ erit qd necesse esse est possibile nã esse. Id aut ut ait mendacium est.

XI

XII

no est
ingr.

XIII At uero p[er] se est ut n[on] q[ui]d[am] possibile uel e[ss]e uel ambulare sit. Ipsa quoq[ue] opposita possit. Sed qued[am] existit in q[ui]bus minime uerum est. Principio q[ui]d[em] in facultatibus r[ati]one car[er]ib[us] ut ignis p[otes]t calefacere: ac pot[est]tiam p[er]tinet irr[ati]onale. Potentia ergo r[ati]oni obnoxie multa q[ui]dem ac p[er]ia p[otes]t. Irr[ati]onabiles non o[mn]es p[otes]t. Sed que admodu[m] dictu[m] est ignis calefacere: ac non calefacere minime p[otes]t: nec quecu[m]q[ue] alia semp[er] actu existit. Sane nonulle potentie irr[ati]onabiles simul opposita suscipere p[otes]t. Sed id huius gratia docuimus: q[ui]a non o[mn]is pot[est]tiam opposita p[otes]t: nec quecu[m]q[ue] ex ead[em] specie irr[ati]onabiles dicunt. Porro qued[am] pot[est]tiam equo ce sunt. possibile enim non simpl[iter] dicit. Sed hoc q[ui]a uerum est: ut q[ui]d[em] actu existat: ut possibile ambulare q[ui]a ambulat: et in totu[m] possibile e[ss]e dicit: q[ui]a i[ta] est actu id q[ui]d[em] possibile dicit. Illud q[ui]a sit rem aliqua[m] effectuz ut possibile ambulare: q[ui]a sit ambulaturum. Atq[ue] hec in solis mobilibus potentia est: illa est in illis que motu uacant.

Solutio p[re]dictam obiectionem ostendit: ut n[on] q[ui]d[em] possibile e[ss]e: aut ambulare sit ipsa quoq[ue] opposita possit ac causat equocationem q[ui]a aliq[ue] sunt irr[ati]onabiles: ut ignis p[otes]t calefacere: ac pot[est]tiam p[er]tinet irr[ati]onabilem qua p[otes]t t[ame]n modo calefacere. Sed n[on] calefacere minime p[otes]t: nec secus terram ferri deorsum possibile est n[on] ferri autem minime possibile est: nisi q[ui]d[em] fuerit: q[ui]d[em] impedit pot[est]tiam uo obnoxier[ati]o[n]i simul multa ac contraria p[otes]t. Ut medicus: qui san[us] dicit: ac n[on] san[us] dicit: et h[oc] qui ambulandi: ac n[on] ambulandi pot[est]tiam habet. Quinetia[m] nonulle pot[est]tiam irr[ati]onabiles ut dicit simul opposita suscipere p[otes]t que admodu[m] pot[est]tiam pat[er]i dicit. lignu[m] enim secari ac n[on] secari possibile est: atq[ue] eti[am] pot[est]tiam faciendi: ut equus ambulare: et n[on] ambulare possibile est. Atq[ue] id dicit huius gra[du]s docuisse: q[ui]a non o[mn]is pot[est]tiam opposita p[otes]t nec quecu[m]q[ue] ex ead[em] specie irr[ati]onabiles sunt: q[ui]a nonulle irr[ati]onabiles pot[est]tiam ut diximus simul quoq[ue] opposita p[otes]t. Subnectit p[re]terea aliam pot[est]tiam diuisione[m] dicens: ut interd[u] possibile aliq[ui]d dicit q[ui]a actu iam sit. Interdum q[ui]a eius rei efficiende p[er]tinet facultatem: ut posse h[oc]sem ambulare uel q[ui]a iam ambulet: uel q[ui]a sit ambulaturus. Et q[ui]bus altera ut dicit in solis mobilibus pot[est]tiam est. i. ijs que sunt nata moueri: q[ui]a actu minime moueant. Ille enim h[ab]et pot[est]tiam: que ab actu se[mi]gi p[otes]t. Altera aut[em] in ijs que motu uacant. i. diuinis atq[ue] intellectualibus causis. Celu[m] enim dicimus posse moueri q[ui]a actu iam moueat. **Solutio** queri p[otes]t q[ui]d[em] de deo dicendu[m] sit. Aut enim erit pot[est]tiam irr[ati]onale: aut erit oppositoz. **Solutio** est: r[ati]o[n]e intelligi eam: que ab imperfecto p[er]meat ad id q[ui]d[em] p[er]fectu[m] absolutu[m]q[ue] est: atq[ue] ab ipsis p[ro]p[ri]etionibus ad p[er]clusionem: qualis ratio humana censet: n[on] ea que simplic[iter] habeat op[er]ationem atq[ue] assidue subsistetem: ut intellectus diuinus. Cui ut Alexander recte dicit. Rationis uocabulum deferre minime conuenit: sed mentis et intellectus naturam indicatis p[re]stabiliorum.

XIII Sed ambo uera sunt: ut possibile sit e[ss]e aut ambulare et q[ui]d[em] i[ta] ambulat: actu q[ui]d[em] est: et q[ui]d[em] ambulandi p[er]tinet facultate. Q[ui]d[em] igit[ur] ita possibile est de necessario simpliciter dici minime uer[um] est alterum uer[um] est. Cum igit[ur] particulare sequat[ur] uniuersale id quod est necesse esse est sequetur possibile e[ss]e est. Sed ex toto non sequetur.

Ut particulare sequat[ur] uniuersale p[er] se est. Cui igit[ur] necessarii p[er]inde ut particulare sit possibile p[er]inde q[ui]a uniuersale: q[ui]a maiore ambitu est ac plura coprehendit: ut p[ri]me docuimus. Concludit ut ei que est necesse e[ss]e est sequat[ur] possibile e[ss]e est. Sed ex toto n[on] sequit[ur]. i. non recurrat nec seruat uices p[er]manente p[er]ditione ueritatis: ac falsitatis. Alter ex toto non sequit[ur]: q[ui]a possibile non

sequitur si significet pot[est]tiam: que ab actu se[mi]gi pot[est]tiam. **Sed** forte ambigit. Si loco illius possibile e[ss]e est accipio c[on]tingens esse est penitus impossibile. Sequit[ur] ut p[er]us q[ui]a huic necesse est sequitur p[er]tingens esse est: huic autem non necesse est. Ergo q[ui]d[em] necesse esse est: n[on] necesse esse est. **Sed** soluit. s. ut c[on]tingens improp[er]e p[ro] possibile accipiat: que inq[ui]d[em] subo minime: sed no[n] ipso discordent. **Sed** rursus ambigit si libeat p[ro]p[ri]e sumi possibile ac p[er]tingens: quoniam modo erit sequela p[er]nunciatio num. **Solutio** est ut n[on] impossibile esse est: ac n[on] necesse esse est sint potius in p[ri]ma pagella collocada que admodu[m] ex p[ri]mo diagramate docuimus quoniam c[on]tingens si p[ro]p[ri]e sumat utru[m]q[ue] infert: non t[ame]n ex toto egpollent. s. n[on] impossibile esse est: ac n[on] necesse esse est. Altera enim ipsius impossibilis: Altera ipsius necessaria denegatio est. Sed he non impossibile esse est: ac n[on] necesse non esse est: retr[og]rade sunt: quoniam opposite affirmationes tantu[m]dem possunt. Ac de equipollentia orationum satis dictum iam est.

At necessarium ac non necessarium uelut sit: uelut n[on] sit for[is] ita o[mn]i um initium est. Alia autem p[er]inde ut his subsequencia considerari oportet. Sane ex dictis p[er] se est: q[ui]d[em] necessario est actu sit. Quocirca si eterna priora sunt actus quoq[ue] potentia prior est. Item actus sine potentia prior est: ut p[ri]me substantie. Actus autem potentie obnoxius natura quidem prior est: tempore uo posterior. Nonnulla nunq[ue] actu sed potentia tantu[m]modo sunt.

Pronunciationes, e necessario non solum p[re]scribi debent in diagramate: q[ui]a sunt p[er]ticularares ex quibus alie subsequunt magis uniuersales: sed etia[m] quia diuinitis atq[ue] intellectualibus causis tribuuntur. P[ri]mo igit[ur] loco collocari debent p[er]nunciationes e necessario. secundo p[er]nunciationes e possibile: q[ui]d[em] in materia germinat. T[er]tio loco ee que ex impossibili sunt: quoniam extra naturam penitus eliminat. Sed sciendum est: ut in quibus actus cum possibilitate existit actus p[re]cedit potentiam natura. Sed potentia tempore p[re]cedit actu. Sol enim anteq[ue] ad Arietem p[er]meat p[ri]us habet eo p[er]meandi potestatem q[ui]s in celo pot[est]tiam ita se habeat ad actus: ut actus tempore quide[m] sed necessario pot[est]tiam comitet: p[ro]p[ter]ea q[ui]a motus assiduus: atq[ue] eter nus existit. Sed in ceteris actus necessario pot[est]tiam minime comitat: infans q[ui]a enim dum est in utero pot[est]tiam ed[er]i in lucem. sed minime ed[er]i necessario. Leteruz est sciendum talem in rebus ipsis ordinem haberi: ut quidam sit actus sine potentia. i. omni mutatione abiunctus ut substantie p[ri]me. i. diuine. Alius uo sit actus quidem: sed potentie semper obnoxius. Celu[m] enim semper actu mouetur: sed ita ut moueri etiam possit. Quedam uo pot[est]tiam habent ab actu quidem seim[us] ctam: sed que ad actum p[er]duci parte plurima soleat. Nonnulla uo nunq[ue] actu sed potestate tantu[m]modo sunt: ut Aristot. dicit. Continuum enim ut ad infinitu[m] diuidi potest: ita nunq[ue] actu diuidetur ad infinitu[m]. Sed de potentia et actu libro p[ri]me philosophie non latius diffinitum iam est: illo remittendi noscentes hec sunt. Nos Aristotelis dictionem r[ati]te enarremus.

Sed utrum contraria est affirmatio negati onian affirmatio affirmationi atq[ue] oratio orationi: ut que dicit: omnis homo iustus est: illi omnis homo iniustus est: ut paulus iustus est: paulus iustus non est. Paulus iniustus est: ita ex his contraria est. Si enim uocabula sequunt[ur] animi conce p[er]tiones: ubi uo contraria opinio p[er]trarij est: ut omnis h[oc] iustus est illi o[mn]is h[oc] iniustus est. In affirmationib[us] quoq[ue] uocalibus sibi se h[ab]eat necesse est. At si ibi nequa q[ui]d[em] p[er]ij opinio p[er]traria est: neq[ue] affirmatio affirmationi

Du
Solo

Du
Solo

XV

De elocutione

contraria. Sed predicta negatio erit. Quocirca considerandum est: que nam opinio falsa uere opinioni contraria sit: Utruz opinio ipsius negationis: an illa que contrarium esse existimat. Uerbi gratia opinio quedam boni uera est ut bonum sit: Alia ut bonum non sit falsa: Alia rursus ut malum sit. utra ex his contraria uere sit. Quod si una est utra contraria sit?

Hanc disceptationem Ammonius esse Aristotelis negat atque idem dicit sensisse Porphyrius ut qui talem dictionem minime enarrauerit. Sed Alexander in disciplina peripateticorum omnium excellens contra esse Aristotelis credit: atque enarrat. Qui nos ad heremus quoniam ab iusta Aristotelis locutione nequaquam discordat. Querit igitur philosophus: utrum contraria sit affirmatio negationi: an affirmatio affirmationi ut hec omnis homo iustus est. Illi nullus homo iustus est. An illi. omnis homo iniustus est. Deinde ita se habere in uoce dicit quoadmodum in opinione: quoniam uocabula indicant: ac sequuntur animi conceptiones. Quocirca si ibi. i. in animo contraria opinio contrarij est in affirmationibus quoque uocalibus ita se habeat necesse est. At si ibi nequaquam contraria opinio contrarij sit: nec affirmatio affirmationi. Sed predicta negatio contraria erit et ob eam rem dicitur considerandum esse: que nam opinio falsa opinioni uere repugnet. Leterum quod in fine est predictum. Quod si una est uera contraria sit. idcirco dicitur: quoniam in contrariis mediatis non est eadem opinio contradictionis ac contrarij: sed diuersa. Uerbi gratia: ut sit bonum ut non sit bonum: ut sit malum. Sed ubi contraria medio uacant una opinio est: quoniam tantumdem potest impar quantum ualeat par. Cum igitur opinio sit una. s. ex eodem significato: queri potest utrum magis repugnet contrario per affirmationem: ac potius per negationem.

At uero existimare contrarias opiniones finiri eo quod contrarij sint falsum est: quoniam bonum: ut bonum sit: ac malum: ut malum sit eadem forsitan ac uera opinio erit: siue multe: siue una sit. At hec contraria sunt: sed non eo quod sint contrarij: contraria sunt sed potius eo quod contrarij sunt.

Opiniones minime contrarie sunt: eo quod contrarij existant: quoniam bonum ut bonum sit: ac malum ut malum sit uera opinio est: proinde minime contraria. Igitur potius contrarie sunt: ut aut quoniam contrarij sunt. i. de eodem contraria existimantibus.

Sane si bonum ut sit bonum opinio est: Alia uero est ut non sit bonum. Porro aliquid aliud est quod nequaquam inesse nec inesse potest ex alijs nulla constituta est nec quecumque existimant inesse: quod minime inesse. Ambe enim infinite habent: et quecumque inesse existimant quod minime inesse. Item quecumque existimant minime inesse quod inesse. sed in quibus allucinatio est. Atque hec sunt ex quibus generationes censent. Generationes autem ex oppositis proinde allucinationes existunt.

At unum unum contrarium habeat perspicuum est quod Aristoteles. hoc loco subiicit quasi proloquium: indicat affirmationi potissimum repugnare negationem. Infinite enim affirmationes ac negationes false existunt. Uerbi gratia ut bonum sit abdicandum ut sit malum: ut sit non. Item negationes: ut bonum sit non expectandum: ut sit non utile: ut sit non amandum. Atque hec omnes pariter metiuntur. Que ergo ex his contraria est perfecta nulla: quoniam ex assumptione unum est unum contrarium: et affirmationes: item negationes false infinite existunt. At quia negationes false infinite existant. sed omnium inuenit quasi una radix allucinationis. s. ut bonum sit non bonum. Quocirca hec maxime repugnabit: atque id est quod Aristoteles. intelligi dedit dices ex alijs nulla constituta est: nec quecumque inesse existimant: quod minime inesse: nec quecumque existimant minime inesse quod inesse. i. neque affirmatio

neque negationes: ambe enim infinite habent. Deinde uolens indicare principium allucinationis dixit esse ex quibus generationes censent. Generationes autem ex oppositis. i. negationibus seu peruationibus ut album ex non albo: ac musicum ex non musico. Proinde allucinationes existunt circa tales negationes: ac definita contrarietas est: et ob eam rem precipua pugna.

Si igitur bonum et bonum: et non malum est: atque hoc per se est illud ex accidenti. Accidit enim ei ut non sit malum. porro magis in uno quoque est uera: que per se est. item falsa. siquidem uera magis est. Que ergo est ut bonum non sit bonum opinionis per se uere negatio falsa habet. Que uero est ut sit malum opinionis uere ex accidenti est affirmatio. Quocirca magis falsa erit opinio boni: per negationem: quam contrarij opinio. At circa unum quodque maxime mentimur si contrariam habeamus opinionem: quoniam contraria circa idem plurimum a se inuicem dissident. Si igitur altera ex his contraria est: repugnantior autem est opinio contradictionis. s. hec contraria erit.

Affirmatio que est ut bonum sit bonum per se: et iuxta suam naturam uera habet negatio uero: que est sub ea. s. ut bonum non sit malum ex accidenti uera censet. Accidit enim ei (ut Aristoteles dicit) ut non sit malum. Rursus affirmationi per se uere negatio repugnat. Similiter per se falsa: ut bonum non sit bonum. Negationi autem uere ex accidenti repugnat. Affirmatio similis falsa ex accidenti: ut bonum sit malum. Quocirca magis falsa erit opinio boni per negationem quam opinio contrarij. i. magis falsa erit opinio boni: ut non sit bonum quam ut sit malum: quoniam prima opinio est falsa per se. Altera est falsa ex accidenti. At opinio per se falsa repugnantior est: quam que est falsa ex accidenti. s. opinio contradictionis. hec igitur contraria erit.

Opinio preterea: ut bonum sit malum implexa erit. Et enim ut non sit bonum: euz ipsum forsitan existimare necesse est.

Ratio talis est breuius explicata. Opinio ut bonum sit bonum simplex existit. Igitur et huic opposita opinio: ut bonum non sit bonum simplex erit. Et enim que dicitur ut bonum sit malum nequaquam simplex est sed implexa. Siquis enim existimet bonum esse malum eum ipsum (ut Aristoteles dicit) existimare bonum non esse bonum necesse est.

Amplius si in ceteris similiter se habere oportet: hec quoque recte dici uideri debet. Aut enim usquequaque contradictio repugnat: aut nusquam. At si quibus nihil est contrarium in his falsa quidem opposita erit: ut qui existimat hominem non esse hominem mentitur. Si igitur he contrarie sunt: alie quoque contradictiones contrarie erunt.

Ratio talis est. In quibusdam minime licet inuenire contrarium. Contradictionem autem facillime liceat explicare: ut plato homo est. plato homo non est quoniam sibi nihil est contrarium. Cum igitur usquequaque inuenire contrarium minime ueniat: sed semper contradictionem in. contradictio usquequaque contraria erit.

Ad hec similiter se habet opinio boni: ut sit bonum: ac non boni ut sit bonum. huic igitur opinioni uere ut non bonum sit non bonum que non contraria erit. Profecto non ea que dicitur: ut sit malum. Simul enim uera foret: et nunquam opinio uera est uere opinioni contraria. Est enim aliquid non bonum malum. Quocirca fieri potest: ut simul uere existant. neque rursus hec ut non sit bonum: quippe que uera sit. Simul enim he erunt uere. Restat igitur ut huic non bonum est non bonum contraria sit non bonum est bonum. Nec enim falsa est. Quocirca ut bonum non sit bonum contraria erit illi: ut bonum sit bonum.

Sane hec inter oēs rationes ualidissima est. Sumit enim Aristo. quatuor pñunciationes sbjctis ut ita se hēat: hec bonū bonū est aduersus illā. Bonū nō bonū est sicut hec nō bonū nō bonū est aduersus illā nō bonū bonū est. Deinde rōcinat ad hūc modū. hūc opioni uere: ut nō bonū sit nō bonū: Quenā pñia erit: pfecto nō ea que dicit ut sit malū: qm̄ (ut dicit) sil uere existit: neq; rursus hec ut nō sit bonū: qm̄ ambe simul continent ueritatem. Similiter he quoq; concordant: ut non bonum sit non bonum: et ut non bonum sit non malum in habitu medio: qui utriusq; extremi sit expers. Restat igitur: ut hūc nō bonū est non bonum. Contraria sit non bonū est bonū. Quocirca ex assumptione predicta hūc bonum est bonum repugnabit illa bonum est non bonum. Atq; hec est ratio efficacissima: quemadmodum dixi: propterea libet demirari negligentiam Amōnū ne dicam incitiam: qui alienis tribuat quod nobilissimi philosophi acumen maxime redoleat. Sed sciendum est ut Alexāder annotauit duplicem legi scripturam: Una que dicat quippe que uera sit: atq; intelligitur de hac nō bonū non malum est. Alteram que dicit. Quippe que non uera sit: atq; intelligitur de hac non bonum bonū est. Sed pma lectio meo qdem animo castior et uerior est.


At perspicuum est ut nihil quicq; inter sit. si vniuersalem conficiamus affirmationem. Opinio enim vniuersalis cōtraria erit: ut opinioni dicentē: quicquid fuerit bonum sit bonum: hec repugnabit nullum bonum bonū est. Que enim est boni ut sit bonū. Si vniuersaliter bonum sit eadem illi est: que existimat ut bonum bonum sit. At id minime dissidet: et ab eo quod est: quicquid bonum fuerit: bonum est. Simili modo in non bono dicendum est. Quocirca si in opinione ita se habet: cum sint uocales affirmationes: ac negationes inditia animi affectionum perspicuum est: ut affirmationi sit contraria negatio de eodem vniuersaliter: ut hūc. Omne bonum bonum est: aut omnis homo bonus est hec: nullum: aut nullus est. Contradictio vō est non omne aut non omnis est.

Si vniuersalem conficiamus affirmationem opinio vniuersalis contraria erit: ut opinioni existimanti: Omne bonum bonum est. hec repugnabit nullum bonum bonū est. Que enim est boni ut sit bonum si vniuersaliter bonum sit: eadem illi est que existimat ut bonum bonum sit: quoniam non nobis de subiecti: sed de predicati differencia sermo est. Quocirca ut in alijs rationib⁹ ostensum iam est: hūc omne bonum bonum est: magis repugnat hec: nullum bonum: bonum est: qm̄ illa omne bonum malum est. Quocirca si in opinione ita se habet (ut dicit) cum sint uocales affirmationes: ac negationes inditia animi affectionum perspicuum est ut affirmationi sit contraria negatio de eodem vniuersaliter: ut hūc omne bonum bonum est: aut omnis homo bonus est: hec nullum: aut nullus est. i. nullum bonū bonum est: aut nullus homo bonus est. Quod autem in fine subiungit. Contradictio vō est aut non omne: aut non omnis indicat omnem oppositionem: modo per negationem sit esse ualidior: qm̄ que sit per affirmationem contraria.

Perspicuum preterea est: ut uere uera contraria eē minime queat: neq; opinio neq; pñdictio. Cōtrarie vō sunt: que circa opposita hēntur. Circa eadem fieri pōt ut idem uera dicat: sed ut simul contraria insint eidem fieri minime potest.

Superius in sexta ratione assumpserat non esse opinionem ueram uere cōtrariam: id nunc ostendit in secunda figura ad hūc modū

Opiniones simul de eodē uere sunt. Cōtraria simul uera nō sūt. Opiniones igitur simul uere pñtrarie non sunt. Porro negatiuam sillogismi adstruit alio sillogismo in pma figura. Sic. s. oppo sita de eodem uera esse impossibile est.



Cōtraria. n. Opiones

Igitur contraria uera esse de eodez impossibile est. pñtermisit autem huius sillogismi maiorem propositionem propter sermonis breuitatem. Sed uidet indicare quam ob causam pñtraria simul eē uera minime queant: quoniam non cōueniat simul eidem inesse contraria. Ac de opinionum oppositione hec dicta abunde erunt: si illud tantūmodo adiecero: non nullos eē: qui ad exercitandem potius qm̄ a ueritatis studio comprobant talia scripsisse Aristotelem aut timent. Quocirca Syrianus qui cognomēto magnus dicebat inegat esse affirmationi cōtrariam negationem: quoniam vni nisi vnum contrarium esse minime potest. At negatio uti multiplex est: ita plura comprehendit affirmationi contraria. Ubi enim esse magnum quippiam deneges nihilo magis paruum: qm̄ equalem esse significabis: et ob eam rem scite Platonem dixisse naturam fore iniustam: si vni multa contraria: quasi multos inimicos effecisset. Quum et Aristo. ipse libro pme philosophie decimo maximam distantiam contrarietatem esse cōstituit. Qd alioquin uideri potest uerum: quoniam magis a se inuicem dissident: que medium habent: qm̄ que medio carent. At contradictio medium minime habet contraria multa habent. Sed de hoc rursus alio loco: ac tempore futurus discres. Adhuc sufficiat ostendisse locum tantūmodo: atq; admonuisse lectorem. Quocirca parcens longitudinū hūc dicendū facio finem.

Syrianus

finis.

Venetijs impressus (impensis dñi Andree Torresani de Asula) per Simonem de Luere. Anno natiuitatis. 1500. Die vō. 8. Januarij.

aaa bbb terni. C.6.

Faint, mostly illegible text in the left column, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

Fragment of text at the bottom of the left column, also appearing as bleed-through.

Main body of faint, illegible text in the right column, appearing as bleed-through from the reverse side.

Fragment of text at the bottom of the right column, appearing as bleed-through.

